
IO. GE. ESTOR

CONSIL. AVLICI PROP. IVRIS ORD. TRIBVNALIS SEREN. SAX. DVCVM QVOD IENAE EST FAC. ICTORVM ITEMQVE SCAB. COLLEGII ASSESSORIS


OBSERVATIONES IVRIS FEVDALIS.



EDITIO SECVNDA.

IENAE REC. LITTERIS STRAVSSIANIS.

cIↃ IↃCC LVII.





OBSERVATIO I.

JVRISPRVDENTIA feudalis eſt habitus conſuetudines feudorum atque leges feudales rite interpretandi, et ad ſpecies obuenientes congruenter applicandi.

Dico iuriſconſultum in exponendis conſuetudinibus feudalibus occupatum eſſe debere. Etenim apud germanos gallos ac longobardos vſu venit, vt leges ſuas vocarent conſuetudines, quod in *analectis Fuldenſibus* p. 4. demonſtraui. Igitur conſuetudines heic mihi denotant ius feudale germanicum tam generale, quam ſpeciale. At per leges intelligo ius feudale longobardicum. Hoc quidem complures explicuerunt. Illud vero nempe germanicum ex inſtituto excolere debuiſſent germani, niſi in longobardicis haerere, atque haec aut plane negligere, aut germanica leui brachio longobardicis interſpergere maluiſſent. Quum tamen accommodate et ſeparatim in vſum germanorum eſſet pertractandum ius feudale germanicum.

OBSERVATIO II.

FEVDVM denotat rem loco ſalarii vaſallo, inſtar fideicommiſſi, datam, pro ſeruitiis praeſtandis.

Feudum a *fede*, vel, vt rudis olim pronunciatio efferebat, *feöd*, bellum, deſcendere videtur. Per feudum rem innuo, ſalarii

loco concessum, quia germanorum militia ab initio ob pecuniae penuriam praediis, aliisque rebus, vtilitatem afferentibus, fruebatur stipendii loco.

Instar fideicommissi feuda existimo esse data, quia post tempora Conradi II. caesaris, ea quidem ad heredes vasallorum deuoluebantur, sed hi tamen feuda sua sub dominio valde restricto possidebant. Domini enim mens erat, vt in vasallis et eorum posteris haberet militem perpetuum. Et sane haec intentio cessasset, si pro lubitu feuda sua alienassent vasalli. Domino seruitia vel in bello, vel in castro, vel in aula praestanda erant a vasallis.

Desiderantur autem personae habiles, quae domino officia et seruitia pro feudis, sibi concessis, praestarent.

Habiles voco personas, quia nemo, nisi ex superiori nobilitate, aut equestri seu militari ordine, vasalli munere poterat fungi. Id quod infra clare demonstrabo.

Quemadmodum ergo feudum mihi salarium bellicum notat, et huius vocis etymologia a *fede*, vel, vt germani pronunciabant, *föde*, prae aliis, quas DN. GEORGIVS CHRISTIANVS GEBAVER in *originibus feödi*, et Dn. IO. GEORGIVS WACHTER in *glossario germanico* sub vocabulo *feudum*, attulerunt, mihi vero videtur similis; ita vox vasallus a *vasso* descendit, quod ministrum notat, siue famulum, teste eodem WACHTERO l. c. col. 3759. sub voce *vasall.* Vt itaque stricte vassus sit ministerialis maior, vasallus contra ministerialis minor.

Haec iam sufficiant. Dabo enim operam, vt in sequentibus obseruationibus cuncta reddantur clariora.

OBSERVATIO III.

Quo doctrina de feudis eo melius tractari et addisci queat, varia sunt praemittenda, et danda est opera, ne quis illotis manibus accedat ad hanc doctrinam, in foro apprime vtilem, et sine qua multa iuris publici capita, praesertim forma regni germanici et nexus ille inter

inter caesarem et status imperii, vix apte ac scite potest comprehendi.

Ad subsidia requiro partim capita quaedam philosophica, vt sunt inductio, probabile, relatio ac interpretatio; partim obseruantiam et consuetudinem, *das herkommen*, nec non analogiam iuris feudalis; partim huc refero adiumenta illa magna et varia, quae ab historia et antiquitatibus germanicis, nec non litteris clientelaribus et denique a selectis iuris feudalis scriptoribus petuntur.

OBSERVATIO IV.

De INDVCTIONE haec teneto: vt a propositionibus singularibus, quas exempla et experientia subministrant, aut a propositionibus specialioribus ad propositiones vniuersales progrediamur et enitamur, volunt logici. Commonstrant igitur nobis duas vias, quarum alteram vocant *determinationem propositionis singularis*, aut specialioris, alteram vero appellant *inductionem*.

Prior via, nempe determinatio propositionis singularis, est, quando ratio generalis, cur et sub qua praedicatum tribuitur, vel non tribuitur subiecto propositionis singularis, eruitur, et dein circumspicitur: an praedicatum per experientiam subiecto conueniat, vel non? Quo inuestigato, adiungitur subiecto; et tum propositio vniuersaliter enunciatur. Vsus huius doctrinae in applicandis remediis apud medicos quotidie occurrit.

Altera via, scilicet INDVCTIO enumerat plurima exempla seu casus singulares, in quibus commune praedicatum reperitur, atque hoc praedicatum generaliori ideae, sub qua casus illi singulares proxime continentur, tribuit vniuersaliter.

Vniuersalitas illa, per inductionem obtenta, distribuitur a logicis in *metaphysicam*, quae nullam plane exceptionem admittit, quemadmodum generalissimae metaphysicorum veritates: atque

in *moralem*, quae admittit exceptiones, atque de plurimis et potioribus subiecti inferioribus tantum valet, quemadmodum in moralibus illud, quod de maxima valet parte, prudenti aestimatione tribuitur omnibus, seu vniuersali quantitate aequiparatur, dum satius atque consultius agitur, si pauciores instantiae ad exceptiones referuntur, quam si regulae vniuersalitas infringitur.

Hinc *vniuersalitatem metaphysicam per inductionem quaerendam praecipiunt*. Potissimum in iis casibus, vbi cursus naturae, qui secundum leges regulasque motus agit semper vniformiter, respicitur. Atque hinc per experientiae inductionem ad vniuersalitatem emergere instituimus. Quo quidem casu vel per inductionem completam, seu vbi plena est casuum singularium aut specialiorum enumeratio, vel per determinationem propositionis singularis aut specialioris, obtineri debet illa vniuersalitas metaphysica. Atque hoc sensu inductio incompleta inter sophismata seu peruersos concludendi modos refertur ab AVCTORE *artis cogit.* parte III. capite XIX. sophism. 9. cuius inscriptio: ex inductione vitiosa (i. e. incompleta) conclusionem vniuersalem inferre. Quam quidem mentem AVCTORIS *art. cogit.* probant omnia ibidem allegata exempla, quae sunt physica, atque ea modo inferunt, quae sunt in mundo constantia.

In moralibus vero, seu iis, quae a libertate hominum dependent, tanta est varietas et inconstantia, vt ea ad vniuersalitatem, omni exceptione vacuam, reducere, videatur aut impossibile aut vsu destitutum. Quapropter logici diligentissime distinguendam esse docuerunt vniuersalitatem, quae in moralibus ex inductione exsurgit, a metaphysica, atque non sine ratione ad eam sufficere pluralitatem casuum singularium aut specialiorum existimarunt. Nam in constituenda regula vniuersali in moralibus maluerunt tale praeceptum tradere, quale ad vsum traduci queat, quam nimia accuratione in plurimis casibus vsum illius tollere, vna cum regulis quamplurimis moralibus. Melius agi putauerunt cum genere humano in moralibus, vniuersalitatem relinquere moralem atque instantias ad exceptiones referre, quam totam hanc cogni-

tionem

tionem vniuerfalem turbare. Conf. Dn. IO. PETRI REVSCHII *fyftema logicum.*

OBSERVATIO V.

PROBABILE fiue verofimile voco conuenientiam plurium circumftantiarum in re, de qua eft quaeftio.

Probabilitas mihi eft vel iuridica, vel hiftorica, vel hermeneutica.

Doctrina de iuridica probabilitate tunc eft opus, quando aliqua iuris quaeftio dubia ita decidītur, vt ea fententia eligatur, quae cum circumftantiis ftatus reipublicae et analogia iuris magis conuenit.

Hinc probabilitas iuridica eft conuenientia plurium circumftantiarum cum quaeftione iuris.

Sic vbi controuerfiam agitari obferuas inter iuris feudalis interpretes: vtrum fucceffio linealis vel gradualis in electoratibus obtineat? tunc haec quaeftio ex analogia iuris germanici et e ftatu rei germanicae eft diiudicanda. Probabilior autem eft et apparet eorum fententia, qui pro lineali fucceffione militant. Porro probabilis non eft regula illa: femina femel exclufa, eft femper in fucceffione feudi exclufa, quia cum analogia iuris feudalis germanici non conuenit.

Alia probabilitas eft hiftorica, quae conuenientiam plurium circumftantiarum cum facto obferuat.

Hermeneuticam probabilitatem voco, quae conuenientiam plurium circumftantiarum cum intentione loquentis expendit.

Sed haec fufficiant de capitibus, tam neceffariis iureconfulto. Plura dabit Dn. IO. PETRI REVSCHII *fyftema logicum* capite XII.

OBSERVATIO VI.

Quando aliquid obiecto non per fe, et abfolute, fed tum demum conuenit, quum ad alterum refertur, tunc dicitur RELATIO.

Inter-

Intellectus enim noster vni rei, seu obiecto, non ita affigitur, vt non transiliat ad alia, eaque inter se comparet atque expendat. Ex hac comparatione oritur relatio, qua substantiae et substantiae, modi et substantiae, modi ac modi inter se comparantur. Quo obseruato, nemo notionem absolutam temere miscebit cum comparata, nec comparatam cum absoluta facile confundet.

Igitur in controuersia, quum elector palatinus a cunctis vasallis suis adaerationem seruitiorum equestrium anno cIↄ Iↄcc xxxiii. postularet, videbis, quod eius ministri vocem *vasalli* pro absoluta habuerint; quum tamen sit notio comparata: et alia ratio sit vasallorum ex superiori nobilitate, alia iterum vasallorum, qui equestris ordinis sunt, vt ego ostendi in appendice II. p. 230. *der vorstellung vom reichskrieg*; et Dn. IO. AD. KOPP ibidem in appendice I. p. 189. sqq.

OBSERVATIO VII.

Ad INTERPRETATIONEM legum ac consuetudinum feudalium supponimus idiomatis curatam notitiam, atque rerum et antiquitatum germanicarum et longobardicarum exactam peritiam. Vt autem coniectando assequamur, quis sit verus legum sensus, et quae sit consuetudinum ratio genuina; primo solliciti simus de intentione loquentis, dein antecedentia et consequentia cum cura sunt examinanda.

Sic 2 feud. 22. vers. *sed si*, et 2. feud. 55. vers. *praeterea*, contradictio apparet, nisi verba: *annus* et *dies* ex antiquitatibus germanicis et longobardicis explicueris. Nam frustra esset, qui in notione communi horum verborum heic haereret.

Porro vox *agnati*, quae articulo XX. capitulationis Caroli VI. legitur, haud dubie proscripti agnatos, qui nempe cum eo ab vno eodemque primo acquirente descendunt, indicat. An vero hoc vocabulum banniti liberos ac descendentes etiam heic complectatur? in eo variant iuris peritorum sententiae.

Dein

Dein dubium oritur de hac constitutione articuli, quem dixi XX. capitulationis Carolinae: num illa ad Italiae principes, qui proscripti sunt, extendi queat?

OBSERVATIO VIII.

Multi vsus etiam est in hac disciplina feudali doctrina de OBSERVANTIA, CONSVETVDINE et ANALOGIA IVRIS. (obs. III.).

Germani per vocem *herkommen* intelligunt nunc obseruantiam, nunc consuetudinem. OBSERVANTIA nititur dispositione de re per pactum expressum declarata.

CONSVETVDINEM voco ius tacito consensu summi imperantis per actus ciuium idoneos introductum. Sic consuetudinis est, vt principes feudorum inuestituram per ablegatos et non in persona accipiant.

Ad plures, quos requirunt, actus, duo sufficiunt, ad probandam consuetudinem, *das herkommen*.

An sit actus talis idoneus, nec ne? ex iis, quae circumspicere iubet IO. DECKHER in *vindiciis rei iurisque cameralis*, titulo II. num. 24. p. 29. in diiudicandis obseruationibus et praeiudiciis summorum imperii tribunalium, clarius apparebit. Ita vero commentatur ille: Exemplis ius hauriendum, vbi lex deficit: itaque *quoad illa*, de *exemplis* loquemur, quae raro et sparsim interueniunt, nec in legis vim coaluerunt; quando et qua cautione norma iuris ab ipsis petenda sit, cum lex deficiat: (1) Exempla *a temporibus bonis et moderatis petenda* sunt, non tyrannicis, aut factiosis, aut dissolutis. Huiusmodi exempla temporis partus spurii sunt: et magis nocent, quam docent. (2) In exemplis, *recentiora habenda* sunt *pro tutioribus*. Quod enim paulum ante factum est, vnde nullum sit secutum incommodum, quidni iterum repetatur? *Sed* tamen *minus auctoritatis habent* recentia. Et si forte res in melius restitui opus sit, recentia exempla *magis seculum suum sapiunt, quam rectam rationem*. (3) At *vetustiora caute et cum delectu recipienda;*

 decur-

decursus siquidem aetatis multa mutat; vt quod tempore videatur antiquum, id perturbatione et inconformitate ad praesentia, sit plane nouum. *Medii* itaque *temporis* sunt *optima*; vel etiam talis temporis, *quod cum tempore currente plurimum conueniat:* quod aliquando praestat tempus remotius, magis quam in proximo (4) *Intra fines exempli vel citra potius se cohibeto*, nec illos vllo modo excedito. Vbi enim adest norma legis, omnia quasi pro suspectis habenda sunt. Itaque vt in obscuris, minimum sequitor. (5) *Cauendum ab exemplorum fragmentis et componendis: atque integrum exemplum*, et *vniuersus eius processus introspiciendus.* Si enim inciuile sit, nisi tota lege perspecta, de parte eius iudicare, multo magis hoc valere debet in exemplis; *quae ancipitis sunt vsus, nisi valde quadrent.* (6) In iisdem *plurimum interest, per quas manus transierint, et transacta sint.* Si enim apud scribas tantum, et ministros iustitiae, ex cursu curiae, absque notitia manifesta superiorum, obtinuerint; aut etiam *apud errorum magistrum populum;* conculcanda sunt, et parui facienda. *Sin.* apud *senatores*, aut *iudices*, aut *curias principales*, ita sub oculis posita fuerint, vt necesse fuerit illa, approbatione iudicum, saltem tacita, munita fuisse, plus dignationis habent. (7) *Exemplis, quae publicata fuerint*, vtcunque minus fuerint in vsu, cum tamen sermonibus et disceptationibus hominum agitata et ventilata fuerint, *plus auctoritatis tribuendum.* Quae vero in scriniis et archiuis manserunt, tamquam sepulta, et palam in obliuionem transierunt, minus. Sunt enim, sicut aquae in profluente, vanissima. (8) *Ea, quae ad leges spectant, non placet ab historicis peti; sed* ab *actis publicis*, et *traditionibus diligentioribus.* Versatur enim infelicitas quaedam inter historicos vel optimos, vt legibus vel actis iudicialibus non satis immorentur; aut si forte diligentiam quandam adhibuerint, tamen ab authenticis longe varient. (9) *Id, quod aetas contemporanea, aut proxima respuit*, cum casus subinde recurreret, *non facile admittendum* est. Neque enim tantum pro illo facit, quod homines illud quandoque vsurparunt; quam contra, quod experti reliquerunt. (10) Exempla *in consilium adhibentur, non* vtique *iubent*,

aut

aut *imperant*. Igitur ita regantur, *vt auctoritas praeteriti temporis flectatur ad vsum praesentis*.

OBSERVATIO IX.

ANALOGIA iuris dicitur, quando quis e nexu doctrinae iuris statuque reipublicae genuino probabiles elicit conclusiones.

Sic quando quaestio formatur: an camera imperii in possessorio de feudis imperii maioribus, vel de parte eorundem cognoscere possit? tum ad analogiam iuris tam publici, quam feudalis germanici, itemque iuris communis est recurrendum.

Porro disputant: vtrum dispositio tituli VII. ordinationis cameralis parte II. admittat forum austraegarum? Id quod ex analogia status regni germanici facile decidi potest.

OBSERVATIO X.

Quemadmodum interpres legum sine notitia exacta historiae suo officio satisfacere nequit; ita quilibet facile intelligit, ad interpretandas consuetudines feudales germanorum et leges feudales longobardorum, historiae germanicae et italicae cognitione opus esse.

Commendanda heic sunt opera historica HENRICI DE BÜNAV, IO. IAC. MASCOVII, IO. DAVID. KOELERI, BVRCHARDI GOTTHELF STRVVII et praesertim SIMON. FRIDERICI HAHNII. Nec poenitebit legisse NICOLAVM SCHATEN et ANTONIVM PAGI. De reliquis scriptoribus, in primis illis, quos coaeuos vocamus, consulendi sunt collega coniunctissimus, dominus CHRISTIANVS GOTTLIEB BVDER in *bibliotheca scriptorum rerum germanicarum* quae ornat *corpus historiae germanicae* STRVVIANVM: MARQVARDI FREHERI *directorium in chronologos, annalium scriptores et historicos*, quod laudatus KOELERVS edidit: IO. ALBERTI FABRICII *bibliotheca latina mediae et infimae aetatis*: IO. PAVLLI FINCKE *index in collectiones scriptorum rerum germanicarum*, et potissimum *bibliotheca histo-*

histo-

historica BVDERIANA, quae mox prelo, sub quo sudat, liberabitur. Ad res italicas LVDOVICI ANTONII MVRATORII et PETRI BVRMANNI collectiones maxime conducunt. De huius thesauri Italiae et vtriusque Siciliae scriptoribus syllabus seu *catalogus rarissimorum et praestantissimorum librorum*, qui in *thesauris romano*, *graeco*, *italico et siculo continentur*, in octauo, prostat, cura PETRI VAN DER AA editus.

OBSERVATIO XI.

Antiquitatum germanicarum, italicarum atque gallicarum notitiam non vtilem modo, sed plane necessariam esse, illi, qui recte sapiunt, vno ore affirmabunt.

Huc faciunt inter alia, quae IO. NICOL. HERT *de Germaniae populis*, et *de regno francorum vetere* commentatus est. Nec omittendus erit ANTONIVS MATTHAEVS *de nobilitate*, et dominus IO. GEORG. CRAMER *de praerogatiua nobilitatis auitae*. adi quoque GABRIELEM DANIELEM *de la milice françoise*, CAROLI DV FRESNE *dissertationes ad IOINVILLAM*, et aeternum eius opus, quod *glossarium mediae et infimae latinitatis* vocat: IO. SCHILTERI tomum tertium *thesauri antiquitatum teutonicarum* et IOAN. GEORG. WACHTERI *glossarium germanicum*: GEORG. HICKES *thesaurum linguarum septentrionalium*, nec non HENRICI SPELMANNI *glossarium archaeologicum*. Multas italicas antiquitates egregie explicuit LVDOVICVS ANTONIVS MVRATORIVS in *antiquitatibus italicis medii aeui*. Praeterea germanicas antiquitates passim erudite euoluit collega suauissimus, dominus IO. RVDOLPHVS ENGAV in *elementis iuris germanici*.

OBSERVATIO XII.

Quia litterae clientelares partim de essentialibus, partim de naturalibus, partim de accidentalibus feudorum saepe complura singularia continent; ideo harum cul-

cultura minime erit negligenda. Etenim illae tum ius feudale germanicum speciale, quod de prouinciarum germanicarum iuribus agit, illustrant, tum etiam ius germanicum feudale generale larga luce complent.

Maximam litterarum inuestiturae copiam, quas *lehenbriefe* vocant, coaceruauit IO. CHRISTIAN. LÜNIG tam in *corpore iuris feudalis germanici*; quam in *codice Italiae diplomatico.* Nec praetermittenda sunt nostra opuscula, *die kleinen Schriften*, quae multas eiusmodi litteras continent, vti etiam huc faciunt domini HENR. CHRISTIANI SENCKENBERGII *selecta historica et iuridica*, itemque *die beschreibung der Hanau-Müntzenbergischen landen*, et liber, cuius nomen: *gründliche vntersuchung der frage: ob die grafen vnd herrn von Hanau mit den von Carben in vergleichung zu stellen seyn?*

Quae ad artem diplomaticam pertinent, heic silentio praetereo. Si quis vero occasionem nactus fuerit, authentica litterarum clientelarium inspiciendi, et imperitus sit rationis scribendi veterum germanorum; ei tantum DANIELIS EBERHARDI BARINGII *clauem diplomaticam* commendamus. Ac, vt diem ac consulem litterarum clientelarium, ad modum medii aeui expressum, adeoque ab hodierno valde diuersum, cognoscat; eum adiuuabunt IO. IACOBI RABE *calendarium in vsum rei diplomaticae*, et CHRISTIANI GOTTLOB HALTAVSII *calendarium medii aeui germanicum.*

OBSERVATIO XIII.

Quum iuris et consuetudinum feudalium dogmata nituntur experientia; non erit negligenda eorum virorum industria, qui multa experti sunt in iis, quae ad ius feudale faciunt.

Viros, qui hanc spartam prae aliis exornarunt, recensuit dominus HENR. CHRISTIANVS SENCKENBERG et in *prodromo iuris feudalis* et in *iuris feudalis primis lineis* parte I. capite II.

 Ego

Ego meis auditoribus commendare soleo HERMANNVM VVLTEIVM, GEORGIVM SCHVLTZIVM, HENRICVM ROSENTALIVM, THOMAM CRAGIVM, HVLDERICVM AB EYBEN, FRIDERICVM A SANDE, GERHARDVM FELTMANNVM, IOAN. SCHILTERVM, vtrumque STRVVIVM, DIONYSIVM SALVAING DE BOISSIEV, HENR. CHRISTIANVM SENCKENBERGIVM, IO. ADAMVM KOPPIVM, CAROLVM FRIDERICVM BVRI, IO. WILHELMVM ITTERVM, IO. LAVRENT. FLEISCHERVM, aliosque melioris notae scriptores.

OBSERVATIO XIV.

Vt autem quilibet harum litterarum scrutator veras imagines rerum feudalium animo concipere queat; ex antiquitatibus germanicis praemittenda erit accurata notitia de statu personarum et dignitatum. Deinde in antecessum obseruasse iuuabit, quod status reipublicae germanicae fuerit omnino militaris. De hoc statim ero acturus in margine. Nec obliuiscar statum Personarum, sed, quam primum formam reipublicae germanicae bellicam considerauero, illum explicabo.

Rempublicam germanorum fuisse plane militarem, iamiam obseruarunt, et, quantum satis est, probauerunt, tum NICOLAVS SCHATEN in *historia Westphaliae* libro I. p. 18. et libro V. p. 280. tum IO. NICOL. HERT *de veteris germaniae populis* parte I. capite III. §. 8. p. 46.

Et, vt in maiorem cupiditatem bellandi germani impellerentur, statuebant druides, bello caesos ad vallhallae delicias transferri.

Haec erat ex illorum opinione, aula caesorum, notabatque ipsis bonum receptaculum vitae futurae. Vox est a *wohl* et *hall* composita. Occisi ibi ludebant, ita enim populo persuaserant, poculis et genio indulgebant, palaestram exercebant, et alia, quae animum oblectare poterant tractabant. Inde magnus ille mortis contemtus est

est exortus apud germanos. Idcirco senio exstingui ignominiosum ducebant. Ideo in lecto obire minus honestum putabant. Hinc arma, praesertim gladius, dein equus, clacei, aurum, supellex, aliaque pretiosa cum defuncto inferebant sepulcro, quo his vteretur in valhalla, testibus IO. GEORG. KEYSLERO in *antiquitatibus selectis septentrionalibus* p. 145. 149. 163. et PETRI FRIDER. ARPI *Themide cimbrica* p. 234.

Quamobrem mirum non est, quod multa dogmata scientiae iuris nostri feudalis et publici sapiant vetera germanorum instituta militaria.

OBSERVATIO XV.

Bellum sine milite a germanis geri non poterat.

Hic vel est legendus, vel conducendus. Lecto milite vtebantur franci, vt liquet e capitulari I. Caroli magni de anno IↃCCXII. capitulari II. eiusdem anni, e capitulari II. de anno IↃCCXIII. cap. 9. e capitulari Ludouici pii wormaciensi de anno IↃCCCXXIX. Clare hoc docuere HADRIANVS VALESIVS libro X. *rerum Francicarum*, ad annum IↃLXXVII. et GABRIEL DANIEL dans *l'histoire de la milice françoise* libro I. capite II. p. 8. Duces et comites ex sua quisque prouincia vel pago coactas copias ad regem adducebant. Id quod etiam dynastis intuitu dynastiarum suarum incumbebat. Idcirco tales copiae nomina prouinciarum retinebant. Praeter regem, militiae praeerant duces, comites et seniores. Sub merouingis copiae germanicae vltra rhenum se duci non patiebantur. Sic anno IↃCCLIII. Caroli regis milites contra normannos pugnare recusabant, id quod testantur ANNALES BERTINIANI ad dictum annum. Omne tum fere robur in pedite erat. Non multos enim alebant equites germani.

Sub carolingicis duces et comites portionem suam ratam militum suppeditabant regi.

Verum militis, pro feudo conducti, frequens sub regibus carolingicis, nec non beneficiorum, seu praediorum feudalium, tunc crebra occurrit mentio. Quare iis temporibus vasallorum et feudorum

dorum nomina potiſſimum inclaruere. Poſtea omne robur exercitus in equitatu coepit conſiſtere.

Conſilium hoc ceperat Henricus anceps, vt in equitatu robur belli nunc cenſeret collocandum. Pedites enim, slauis irruentibus et hungaris germaniam deuaſtantibus, tam firmiter reſiſtere non poterant, quam copiae equeſtres. Haec vero, ſi quid aſperum, ſilueſtre aut munitum offendebant, quod obſtabat, quo minus equeſtri pugna decertare poſſent, ex equis deſiliebant, et peditum loco praeliabantur. Pedites interea, qui aderant, partim labori in ſuffodiendis muris, hisque per arietes quatiendis, aut per ſcalas tranſcendendis, admoti ſunt; partim etiam famulitii inſtar equitibus pedites inſeruiuiſſe videntur.

Illud concludo ex figuris, quas de obſeſſione caſtrorum et vrbium exhibet GABRIEL DANIEL l. c. tomo I. p. 22. 24. 43. 48. et 49. Adde LVDOVICI BARTHOLOM. HERTTENSTEIN *ſpecimen hiſtor. patriae de Vlma per Lotharium obſeſſa* p. 10. Confer etiam Dn. GRVPEN *obſeruationes hiſtoricas* p. 889. et LAMBERTVM Schafnaburgenſem ad annum CIↃ LXXV.

Ceterum conficiebantur catalogi feudorum, et rex optimatibus regni eccleſiaſticis et laicis per litteras ſignificabant, vt mitterent vaſallos ad bellum. Vbi bellum imperii gerendum, citabantur vaſalli ſub banno regis et ſub mulcta heribanni.

Sin bellum particulare in prouincia defendenda gerendum, citatio fiebat ſub banno comitis.

Quoduis feudum praeſtabat equidem vnum; interdum vero, ſi quantitatem iuſti feudi excederet, vnum et dimidium, immo plures equites. Sed pedites nunquam ſuppeditabat feudum.

Neceſſitate vrgente, cuncti equeſtris ordinis, qui habebant annos decem et octo, cum omnibus, qui nondum egreſſi erant aetatis annum ſexageſimum, arma portare debebant.

OSERVATIO XVI.

Promiſſi memor, quod obſeruatione XIV. feci, de ſtatu et dignitate perſonarum germanice, quae neceſſaria

ſaria videntur, ad eruendam veram ideam de vaſallis, et horum conditione ac ſtatu pauca monebo. In germania, et potiſſimum in exercitu germanico, conſpiciebantur perſonae, quarum aliae conſtitutae erant in ordine dynaſtarum, *im herrnſtand*, aliae in claſſe hominum ordinis militaris ſeu equeſtris viuebant, dictae miniſteriales, *ritter*, *vel dienſtmanne*. Aderant quoque, vt dixi, plebeii ad operas ſeruiles, tum in caſtris, tum in obſidionibus praeſtandas.

De diſcrimine inter perſonas, vel ex ordine dynaſtarum, *dem herrnſtand*, vel e claſſe militum, *dem ritterſtand*, *der dienſtmannen*, egi, quantum ſatis eſt, in *commentariis de miniſterialibus*, et parte IV. *der kleinen ſchriften* p. 800. ſqq. Eandem diſtinctionem rite et accurate etiam expoſuerunt Dn. IO. AD. KOPP *de inſigni differentia inter S. R. I. comites et nobiles immediatos*, et liber, qui vocatur: *gründliche unterſuchung der frage: ob die grafen vnd herrn zu Hanau mit den von Carben in vergleichung zu ſtellen?* anno CIↃ IↃ CC XXXIV. fol.

Perſonas ſeu vaſallos ex claſſe dynaſtarum, *dem herrnſtand*, poſtea dictos etiam legimus *den hohen adel*. Equeſtris vero ordinis homines ad inferiorem claſſem, *dem niedern adel*, pertinebant.

Interim haec diſtinctio nobilitatis, intuitu inferioris, recentior eſt, quod probe inculcauit Dn. IO. GEORG. CRAMER in *commentariis de iuribus ac praerogatiuis nobilitatis auitae*, capite II. §. 8. p. 87.

OBSERVATIO XVII.

Quoniam vaſalli, duplicis erant generis, ſcilicet aut ex ordine dynaſtarum, aut e claſſe militum ſeu miniſterialium; ideo plerumque franci illos, voce in ſignificatu lato ſumta, BANNERIOS, hos autem germani vt plurimum et frequentiſſime MINISTERIALES, galli vero BACHELERIOS appellabant.

Illi, quibus banneria competebant, ex suprema classe nobilitatis erant; contra illi, qui ministeriales existebant, ex inferiore ordine nobilitatis desumebantur. Illi subinde etiam barones dicuntur. Bannerius autem erat persona nobilis praedia lauta et spectabilem equitum numerum possidens. Bannerii caterua equitum seu vasallorum requirebat vt plurimum quinquaginta. Confer omnino partem IV. *der kleinen schriften* p. 809. sq.

Bannerii vexillo distinguebantur, quo vtebantur in præliis, et eodem inuestiebantur. Equites autem pennone gaudebant, sub quo reliqui eorum commilitones militabant. Figuras bannerii et bennonis dedere GODOFR. GVIL. DE LEIBNITZ *in den wechselschriften vom reichspanier*, et GABRIEL DANIEL dans *l'histoire de la milice françoise* tomo I. p. 1. Rationem denominationis vocis *fahn* exhibet IO. GE. KEYSLER l. c. p. 428. Bannerius vasallos suos instar belli ducis ad praelium educebat, et signo, quod cry de guerre seu cry d'armes appellabant, vti poterat.

Bannerius in gallia, cum rege in castra proficiscens, quotidie salarii loco accepit viginti solidos turonenses. Equitis vero stipendium erat decem solidorum. Famulis numerabant galli quinque solidos.

Apertius haec omnia ostenderunt CAROLVS DV FRESNE dissertatione X. ad Ioinuillam, et GABRIEL DANIEL l. c. libro III. capite V. p 84. sqq. Adde de bannerii et pennonis, quem *wimpel* vocant, discrimine Dn. IO. AD. KOPPII obseruationem I. p. 354. quae subiuncta legitur eius libro de *insigni differentia inter comites et nobiles immediatos*.

Saepius interea bannerii vocantur milites primi, equestris autem generis homines audiunt milites gregarii et leudes.

Bannerii italis vocabantur bassi, vassi, et valuassores. Burgundis autem vassi dominici maiores iidem erant, quos franci bannerios appellabant. Bachelerios a scutiferis non distinguendos autumo. Sicut enim illud equitem gregarium, bas chevalier, notat; ita scutifer talem quoque fuisse constat. Nec loricatus ab hoc distingui

ftingui debet. Etenim, quod loricati milites in primis et in honore fint habiti, e DITMARI Merfeburgenfis *annalibus* libro IV. p. 387. probari nequit. Licet ita fentiant nonnulli.

OBSERVATIO XVIII.

Dixi obferuatione XVI. vafallos faepe, immo faepiffime MINISTERIALES effe vocatos. Quod vt rectius intelligatur, velim fcias, vocem *minifterialis* varii admodum effe fignificatus. Aliquando enim haec vox fignificat officialem in genere. Hinc etiam fupremi officiales, v. g. archicancellarii, archipincerna, archidapifer, archimarefchallus et archicamerarius minifteriales regni appellantur. Sed non ita frequens eft haec denominatio. Frequentior vero eft ea, qua equeftris ordinis viri, nimirum illi, qui aut feruitia militaria, aut aulica, aut caftrenfia praeftabant, in locis innumeris vocantur minifteriales. Tam de horum, quam de illorum, nempe de minifterialium regni, ftatu ac conditione, fatis abunde egi in commentariis de minifterialibus. Nec ille fignificatus huius vocabuli heic erat omittendus, quo conftat, quod etiam plebeii generis homines nonnunquam minifterialium nomen fint adepti.

Minifterialis, germanis *ein dienftmann*, interdum dicebatur ordinis feruilis homo, qui operas rufticas praeftabat. Verum hic fignificatus non adeo frequens eft in medio aeuo.

Quare de minifterialibus regni difpiciam. Ita per excellentiam minifteriales dicti funt fummi officiales imperii, qui in fuperiore nobilitatis claffe erant conftituti.

Factum tamen etiam, licet raro, vt equeftris ordinis homines, qui v. g. caftra imperii defendebant, vel alias feuda ab imperatore accipiebant, aliquando fuerint minifteriales imperii nominati. Ex

quo tamen non sequitur, vt eiusdem generis et status fuerint cum summis, quos dixi, imperii ministerialibus.

OBSERVATIO XIX.

Saepissime autem et vt plurimum per ministeriales intelliguntur personae ordinis equestris, qui seruitia praestabant vel campestria, vel castrensia, vel aulica. Et hic significatus cum voce vasalli coincidit, vt ideo recte synonyma dicantur vocabula *ministerialis* et *vasallus*.

Negant quidem hoc viri quidam clarissimi, in primis Dn. IOACH. POTGIESER, praeter alia Dn GOTTLIEB SAM. TREVERI auctoritate nixus, et, vasallos cum ministerialibus non esse confundendos, in *commentariis iuris germanici de statu seruorum* libro I. capite IV. §. 78. p. 269. 270. contendit. Ait enim aliud esse iure vasalli aliquid possidere, aliud iterum iure ministeriali aliquid obtinere. Ait et hoc ipse ideo, quia seruitia campestria et seruitia aulica erant diuersa. Qui ergo iure vasalli aliquid possidebat, ad seruitia militaria se obligauerat. Qui autem iure ministeriali aliquid obtinuerat, ad seruitia aulica se obstrinxerat.

Vno verbo. E capite de relationibus, de quibus obseruatione VI. egi, res erit decidenda. Si ius vasalli et ministerialis sibi opponuntur; tunc vox *ministerialis* in sensu speciali et restricto occurrit, et discrimen seruitiorum per voces *vasalli* et *ministerialis* tantum indicatur. Inde autem non sequitur, vt nomen ministerialis non fuerit generale, et vt simul vasallum non significauerit. Etenim nemo ob vnam relationem, quae generalem significatum limitat, vocabuli huius generalem significationem mutari, facile statuet.

Ast vero dissentientes confutat optime et solide Henricus VII. rex romanorum, in diplomate, anno CIↃCCXXII. scripto, quod exhibet

exhibet CHRISTOFLE BVTKENS dans *ses trophées de Brabant* p. 68.

Quamobrem cum Dn. IO. GEORGIO WACHTERO l. c. col. 284. ſub voce *dienſtmann*, exiſtimo vocabulum *miniſteriali* eſſe ſynonymum vaſalli.

Cuncta latius diduxi in opere *de miniſterialibus*. Sed quia veritas odium parere ſolet, ideo et mea dogmata nonnullis ſuboaioſa ſunt viſa.

OBSERVATIO XX.

In doctrina de miniſterialibus quam plurimos viros eruditiſſimos, quod ad rei cardinem attinet, mecum conſentire animaduerti.

Sufficiat heic nominaſſe celſiſſimum quendam ſacri romani imperii comitem, purpurati munere conſpicuum, cuius dogmata legere poteris parte XI. *der kleinen ſchriften* p. 554. ſqq. Huic ſuperaddo, praeter Dn. CHRISTIANVM GOTTLIEB RICCIVM *in dem zuverlaſſigen entwurf vom landſaſſigen adel*, Dn. DAVID. GEORG. STRVBE in *obſeruationum iuris et hiſtoriae germanicae decade*, obſeru. II. § 2. p. 50. Dn. IO. GEORG. WACHTERVM l. c. et Dn. IO. GEORG. CRAMERVM in *commentariis de iuribus et praerogatiuis nobilitatis auitae*, capite II. §. 7. p. 69.

Non permiſcendi ſunt, inquit hic, miniſteriales regni vel imperii cum miniſterialibus principum et procerum imperii. Miniſteriales regni vel imperii olim erant officiales germaniae ſuperiores ex ordine nobilium, ducum nempe, marchionum, principum, comitum et baronum, regibus et imperatoribus germanicis ad officia miniſteriaque palatina, id eſt aulica vel bellica obſtricti.

Miniſteriales principum et procerum imperii, ad imitationem aulae regiae et imperialis exorti, erant officiales germaniae inferiores, ex ordine ingenuorum ſeu liberorum hominum, ad mini-

 ſteria

ſteria et ſeruitia aulica et militaria ducibus epiſcopis, principibus, abbatibus, comitibus vel baronibus praeſtanda, obligati.

Dein pergit: miniſteriales principum et procerum germaniae, ratione originis et natalium fuiſſe ingenuos, liberos et militaris generis homines; ratione ſtatus autem reſtricta eosdem vſos fuiſſe libertate, ita tamen, vt ſub diuerſis dominis, diuerſa fuerit eorum conditio, ſub nonnullis laxior, ſub aliis adſtrictior. Haec ille.

Idem ſentit, quem modo dixi, Dn. STRVBE: vtique, ait, ſuffragandum credo, miniſterialem nexum ſaepius adſtrictiorem fuiſſe aſſerentibus, ac eſt ille, quo tenentur regulariter officiales et milites. Largior, multos viros militaris generis, a quibus propullularunt gentes equeſtres, in ſeruitute aliqua vixiſſe, quae etiam poſterorum libertatem imminuit. Serui igitur vtique fuerunt miniſteriales, ſeruitia militaria vel aulica praeſtare obſtricti, intuitu eorum, qui illam obligationem non ſuſceperant.

Clarius adhuc loquitur Dn. IO. GEORG. WACHTER loc. cit. Hincmarus inquit, miniſteriales diuidit in ſuperiores et inferiores. Illi, in capitulari Caroli calui dicuntur miniſteriales regni, quorum munia erant ita comparata, vt non ſolum circa perſonam regis ſacram verſarentur, ſed et in adminiſtranda republica, et tuendo ſiue conſiliis ſiue auxiliis, ſiue armis imperio partes ſuas obirent. Vnde dubium non eſt, illos a ſeruitiis tam aulicis, quam bellicis eminenti quadam ratione appellari potuiſſe *miniſteriales*, etiamſi proceres eſſent, et principes, et comites, et dynaſtae. Vulgares autem miniſteriales erant homines regii, ex genere militum gregariorum, quos rex in terris ſuis, quae ad fiſcum regium ſpectabant, et regis quaſi priuatae poſſeſſiones erant, alebat, praediis pro militia conceſſis.

Vulgo etiam vaſſos vaſallos vocant. Quae vox ſi originem ſpectes, *miniſterialem* ſignificat, vtpote a *was*, ſeruus, deducta.

Verum hi miniſteriales vulgares immane quantum differebant a miniſterialibus regni maioribus, et inter hos atque plebeios erant quaſi homines medii. Eiusdem conditionis erant miniſteriales prin-

principum et optimatum. Et horum ministerialium officia quoque erant vel aulica vel militaria. Quemadmodum enim principes et comites, ex patrio instituto, regem in castra proficiscentem tenebantur sequi; ita hi dominos suos in expeditionibus bellicis. Et si forte bellum non esset, munera tamen obibant marescallorum, camerariorum, dapiferorum, pincernarum, item villicorum, sculretorum, cet. apud eos principes, a quibus praedia sua tenebant. Haec WACHTER.

OBSERVATIO XXI.

Ex his patet, quod doctrina de ministerialibus perquam sit necessaria tam in iure germanico, quam in iure feudali et publico, et qui hanc non curat, ille profecto notitiam accuratam de statu personarum in germania non adipiscitur.

Operae igitur pretium erat, vt doctrinam de ministerialibus ex instituto pertractarent nonnulli. Nec poenitebit, heic commemorasse historiam controuersiae, quae inter aliquos deministerialibus fuit exorta.

Nimirum IO. STEPHANVS BVRGEMEISTER, nimio affectu erga nobiles immediatos abreptus, ordines personarum, quos dixi, perturbare coeperat Indigne hoc ferebant complures eruditi. Statuebant ergo refellenda et coarguenda esse dogmata burgemeisteriana. Hinc anno CIↃIↃCCXIX. tractationem inauguralem de ministerialibus conscribebat, et Marburgi defendebat Dn. IOACHIMVS GEORGIVS DE PLOENNIES, tunc temporis illustrissimo comiti nassouiae a consiliis secretioribus et dirigenda cancellaria, quae weilburgi est, postea camerae imperialis assessor. Hoc quidem institutum animos nonnullorum offenderat, sed videbatur e re tam iuris publici, quam feudalis esse, vt haec doctrina magis magisque excoleretur. Inde factum est, vt varia prodirent opuscula, quorum nomina erant, *vorläufig - doch gründlicher bericht vom adel in teutschland*, Francofurti CIↃIↃCCXXI. 4to, nec non *das adeliche ritterfeld*, 4to, item Dn. WILHELMI FRIDERICI

DE

DE PISTORIVS *conspectus illustrium inter S. R. I. comites et ordinem immediatum equestrem gliscentium controuersiarum*, 4t. et Dn. IO. ADAMI KOPPII *dissertatio de insigni differentia inter S. R. I. comites et nobiles immediatos*, praeside IO. HENRICO. BOECLERO, Argentorati cIↄ Iↄcc xxiv. 4t.

Calamum interea arripuerat contra PLOENNIESII doctrinam POLYCARPVS LEYSER et in *obseruatis diplomatico historicis de differentia nobilium medii et hodierni acui*, Helmaestadii cIↄ Iↄcc xxvii. ac *de seruis nobilibus*, eodem anno, PLOENNIESIVM refellere conabatur. Recensetur hoc schediasma in *annalibus academiae iuliae, semestri XIV.* §. 24. p. 110 - 114.

Posthaec Dn. ADAMVS FRIDERICVS GLAFEY *commentationem de vera quondam ministerialium indole*, anno cIↄ Iↄcc xxiv. 4t. in lucem emittebat, ac libro II. p. 308 - 395. domini DE PLOENNIES doctrinas de ministerialibus sub examen vocabat.

Cuius dogmata quum nec mihi nec aliis placerent, argumentum de ministerialibus, satis quidem difficile et ambiguum, vtilissimum tamen et vlteriore disquisitione dignum, mihi sumebam pertractandum, atque *commentarios de ministerialibus* Argentorati cIↄ Iↄcc xxvii. cum orbe erudito communicabam.

Inter eos, qui anno cIↄ Iↄcc xxviii. nonnulla contra mea dogmata monebant, erant IOANN. GOTTLOB HORN parte I. *der sammlungen zu einer historischen handbibliothec* p. 23. sqq. et RVDOLPHVS FRIDERICVS TELGMANN *de genuina significatione vasalli eiusque iure exinde fluenti* p. 128. sqq.

Sed nec deerant multi, quibus mea doctrina de ministerialibus placebat. Inter hos suum consensum publice testabatur Dn. WILH. FRIDER. DE PISTORIVS in epistola Vltraiecti cIↄ Iↄcc xxviii. ad me scripta, quae legitur tomo IV. eius libelli, qui vocatur *historische vnd iuridische anmerckungen über allerhand den vrsprung, historie, vorrechte cet. des H. R. R. graven betreffende materien* p. 403 - 431.

Praeterea Dn. IO. AD. KOPP, pro sua, qua pollet egregia eruditione et acumine, in *tractatu iuris publici de insigni differentia*

rentia inter S. R. I. comites et nobiles immediatos, Argentorati cIↃ IↃCC XXVIII. mecum faciebat, atque a partibus meis se stare publice profitebatur.

Eodem anno Dn. VALENT. FERDIN. DE GVDENVS in *sylloge diplomatum* p. 123. nonnihil ad illustrationem meorum afferebat, et AVCTORES *du journal des sçavans* anno cIↃ IↃCCXXIX. articulo V. meum probabant institutum. Meis quoque eximie succurrebant IOAN. FRIDERICVS SCHANNAT parte II. *historiae Fuldensis* capite II. §. 2. p. 76. sqq. et Dn. IVST. HENNING. BOEHMER libro IV. *iur. eccles. protestant.* tit. 9. §. 20. p. 96.

Attamen superesse quaedam in caussa ministerialium, quae egerent defensione, monebat Dn. GOTTLIEB SAM. TREVER *in der vntersuchung des vrsprungs vnd bedeutung des Martins-mannes, wobey die mancherley arten der* ministerialium *gezeiget werden*, Helmstadii cIↃ IↃCC XXXIII. 4t.

Sibi mea plane displicere, et se GLAFEYANA probare, anno cIↃ IↃCC XXXIV. declarabat, in transitu quasi, Dn. IO. GOTOFRED. BAVER in disp. *de successione legitimatorum per nuptias exule in feudis* §. 8. p. 14.

Dein magno eruditionis apparatu de hoc argumento anno scilicet cIↃ IↃCC XXXV. egerunt Dn. DAV. GEORG. STRVBE in *obseruationum iuris et historiae germanicae decade*, obs. II. p. 48. 86. et CHRISTIAN. GOTTLIEB RICCIVS *in dem zuverlässigen entwurf vom landsassigen adel in teutschland*, capite VI. - XXXVII. p. 51 - 219. itemque Dn. IOACH. POTGIESER in *commentariis iuris germanici de statu seruorum*, Lemgouiae cIↃ IↃCC XXXVI. 4t. libro I. capite IV. §. 65. sqq. p. 266 - 271. b. BVRCHARD. GOTTHELF STRVVIVS in *corpore iuris publici* capite XXXII. §. 2. p. 1231. sq. Celsissimus Dn. comes DE *** in *positionibus*, quas edidi parte XI. *der kleinen schriften* p. 554. sqq. nec non Dn. IO. GEORG. CRAMER in *commentariis de iuribus et praerogatiuis nobilitatis auitae*, loco, quem supra citaui.

D Quae

Quae visa fuerint hac de materia Dn. IO. IAC. MOSERO, ea legi possunt parte III. *bibliothecae iuris publici* p. 881. sq. vbi commentarios meos de ministerialibus recensuit.

OBSERVATIO XXII.

Vsum huius argumenti practicum nemo negabit. Et dubitantem refellet *die gründliche vntersuchung der frage: ob die grafen vnd herrn zu Hanau mit den von Carben in vergleichung zu stellen seyn?* CIↃ IↃCCXXXIV. in fol.

Ceterum vix operae pretium mihi est visum, cum dissentientibus de hoc argumento certare, ac illos in viam reducere. Nam qui nouit hanc materiam, ope inductionis, quae a compluribus exemplis formatur, esse diiudicandam; is primo obtutu comprehendit, quod magna illa exemplorum copia, e qua regulas doctrinae meae deduxi, secundum ea, quae obseruatione VI. de inductione monui, regulae instar sit habenda. Ista vero pauca exempla, quae aduersarii adducunt, regulam infringere nequeunt, sed ad exceptionem pertinent, ac regulam firmant. Et sicut grammaticorum regulae firmo talo stant, nec ab exceptionibus infirmantur; ita par ratio est eorum monitorum ac exemplorum, quae nonnulli contra mea dogmata in medium attulerunt.

OBSERVATIO XXIII.

Vt vero cunctis, quae dixi de ministerialibus et horum iuribus, pateant, faciam, vt legas heic chartas quasdam moguntinas et hanoicas, hoc argumentum illustrantes.

Litterae moguntinae, quae ineditae huc vsque latuerunt, sunt hae:

„Nos Ludevicus et Wortwinus fratres de Linsingen recognos-
„cimus et protestamur literas per presentes quod cum nos D. N. D.
„Sifrido AEp. Moguntino et ecclesie sue vendidimus castrum
„nostrum

„nostrum benswedushusen quod in predio dinoscimur contraxisse „quia idem dnus noster archiepiscopus bona fide promisit quod nos „et heredes nostros semper velit manutenere protegere et tueri pro„misimus et nos sibi vice versa et iurauimus prestito corporaliter „sacramento quod ab eadem D. N. AEp. et Ecclesie moguntine „fidelitate et seruitio nullo vnquam tempore recedemus. Ego „Wortwinus et filius fratris mei ducemus vxores de familia et „MINISTERIALIBVS Ecclesie moguntine super hoc etiam pre„stitimus iuramentum et fideiussores dedimus infra scriptos Bru„nonem dapiferum de Zygenhain - - Erimus autem sui castrenses „apud Ameneburg aut Frizlar vel alias vbicunque voluerit. Anno „CIↃ CCXLI. 4. non. April.

Tenor autem chartarum hanoicarum, quarum prima est scripta anno CIↃ CCCLXX., est hic:

Ich Arnult von Dragus unde Elsa myne eliche husfrauw unde wir Heinrich, Arnult, Conrad, Wernher, unde Lotze gebrudere von Dragus der egenant Arnultz und Elsen eliche kinder verjehen - - - Auch dut der egenant unser gnediger herre unde sine herschafft uns obgenanten sementlichin mit eine sine gnade unde hat getan unde hat uns unde unsern erben durch liebe und daz wir uns die bas by ime und synre herschafft mogen gueren den vorbenanten hof mit alme datz darzu gehoret als vorgeschrieben stet lybit und geluben hat umb eyn fasinacht-hun und keyn bestheubt zu geben von unserm keyne umb daz datz wir vorgenant undir keyme andern frembde heren sollen wyben oder uns virandern also daz der vorgenant hof inne keyne andere fremede hant kome, Auch en sal der egenant unser edil herre und sine hirschaft unsern keynen dryngen zu keynem elichin wybe zu nemen die uns nit zymelichin entwere sy were dan in unserm glichen, Auch in sal sich unser keyner virandern under keynem andern herren also vorgeschrieben stet welcher under uns einer daz dede ane willen und wyssin des edilin unsers gnedigen herren und syner hirschaft des erpteil were unserme gnedigen herren und sinre herschaft virfallen ewiclichin ane einrede, das erpteil mag und sal der

 edil

edil unser gnediger herre und sin herschaft oder an wen ers stellet in sine hant nemen damede dun und lan als mit syme eygin gude ane alle wederrede eyns igelichin.

Altera charta ostendit, quomodo Herbertus de Schaffheim, equestris ordinis vir, eiusque vxor, Iutha, nexu ministeriali se obstrinxerint Vlrico, domino de Hanau. Actum hoc est anno cIↃCCCLXVIII. coram tabellione et testibus: *daz Herburt von Schaffheim der eyn kelner was zu Babinhusen in truwen globte und zu den heiligen swur eyn gestapten eyt sich nummer zu ziehin noch zu wendin von der herschaft von Hanauwe und zu dinste sitzen und bliben mit allem syme gude als andere arme lute zu dinste under der herschaft sitzen und wo hee daz überfure und nyt hielde so were er truwelois und meyneitig und were alle sine gut der herschaft ledig virfallen, Darnach von dem vorgenannten unsers Herrn Licham tage off den funften tag und was off den tag Cyrini & Naboris der heiligen merteler nachmittage und vor vesper da qwam zu Babinhusen in des vorgenannten Herburts stuben an myn offin gesworn schribers von des Keyssers gewalt geinwertekeid and erber lute die hernach steen geschrieben Eckarts von Bleichenbach schultheise zu Babinhussen, Iohans von Stogheim des eldisten edilknecht, herrn Conrads Wüsten Pherners zu Babinhusen Elgastis Heinrichs von Hedinsdorff edilknecht und jongfrau Agnesen des vorgenannten Heinrichs swester und ander vil guder lute die diss sahin und hortin daz jongfrau Iuthe des vorgenannten Herburts eliche husfrau in truwen globte und zu den heiligen swur eyn gestabten eit sich nummer zu ziehin noch zu keren von der herschaft von Hanauwe und alle die gut die ir wurdin weren oder noch werdin mochten die sie itzunt hette oder noch gewynnen mochte von yrme huswirt Herburt dauon solde sie zu dinste sitzen der vorgenannten herschaft als andere der herschaft arme lute, Wo auch sie des nit enthede und daz uberfure so weren die gute alle lediclichen der herschaft virfallen.*

OBSER.

OBSERVATIO XXIV.

Quo autem appareat, quam maxime discrepent hi ministeriales, ab illis, qui regni erant ministeriales; velim notes diploma, quod Ludouicus Bauarus, imperator, anno cIↃCCCXXIX. concessit comitibus de Plauen. In hoc enim istos vocat *imperii principales ministeriales ac vasallos nobiles.*

OBSERVATIO XXV.

Ministeriales interdum appellabantur litones. Sed et hi duplicis iterum erant generis, nimirum vel e genere militari nati, vel intra sortem plebis infimae constituti.

De litonibus equestris ordinis egi in *commentariis de ministerialibus* capite II. §. 133. De illis vero, qui litones e plebe erant, siue mancipia rustica, egerunt dominus DAVID GEORGIVS STRVBE in obseruatione de officio litonico tomo I. libri II. *parergorum*, Goettingae editorum, p. 1 - 19. et dominus CHRISTIANVS VLRICVS GRVPEN p. 1026. *obseruationum.* Firmabo haec, quae dixi, charta sequenti:

„Ego Fridericus de Rannenburg, armiger, recognosco cupiens constare presentium inspectoribus et auditoribus vniuersis „quod ad instantiam ac amicitie spiritualis intuitu et fauoris *nobilis* „*viri domini mei Vlrici de Hanowe Gertrudem, natam Conradi* „*Centurionis de Lützelbusen* ad me *seruitute seu iure litonum* quod „dicitur vulgo *eygentlich* pertinentem manumisi et presentibus li„bere manumitto donans et transferens dictam Gertrudem cum „iure et seruitute predictis quibus ad me pertinuit in potestatem et „in manus dicti domini de Hanowe perpetue possidendas renuncians „nihilominus in perpetuum pro me et pro meis successoribus omni „actioni seu impeticioni predicte seruitutis et iuris quas in dicta „Gertrude habui seu in suis heredibus quos imposterum pepererit „habere deberem simpliciter et expresse et vt dicta manumissio

„siue translatio a me et a meis posteris rata et irreuocabilis tenea„tur presentem literam sigillo proprio carens strenui viri Herr„manni dicti Vitzthum armigeri sculteti in Geylhusin sigillo cet„petiui fideliter communiri quod etiam sigilli proprii propensione „quoad primum hoc potuero pro testimonio corroborabo. Actum „et datum anno domini CIↃCCCXXVI. iij. nonas Ianuar.

OSERVATIO XXVI.

Vasalli, quos equestris dignitatis splendor decorabat, vocabantur equites, *ritter*; illi vero, qui nondum inter equites erant relati, famuli audiebant, item armigeri, clientes, reliqua. Quamuis negandum non sit, quod personae, quae in ordine dynastarum viuebant, saepe nomen equitis aut militis etiam adhibuerint. Alia igitur est significatio vocis *eques* in sensu grammatico, alia iterum in iure germanico. Nam ille significatus innuit militem ex equo pugnantem. Sed in sensu iuridico eques est persona singulari ritu hac dignitate ornata.

Quantum satis est, hoc demonstraui in *commentariis de ministerialibus*. Personas, quae ad superiorem nobilitatem pertinebant, equitis nomen non raro adhibuisse, docui parte XI. *der kleinen schriften* p. 546. sqq.

Immo WIPPO in *vita Conradi salici* militem distinguit in maiorem et minorem, quorum iste imperabat, hic parebat. Sat est, me alibi iam obseruasse *militis* vocem fuisse generalem, et principibus interdum tributam legi. Ego nunc addo, quod in CHRISTOFLE IVSTEL *preuves de l'histoire de la maison de Turene* p. 142. Nicolaus de belloforti, vicecomes Turenae, nominetur vir magnificus potens, et *miles*. Quae denominatio in aliis instrumentis p. 143. ter repetitur. Milites vocantur p. 121. Raimundus et Guilielmus, vicecomites Turenae. Hi autem erant proceres galliae, qui maximis fruebantur iuribus atque praerogatiuis.

gatinis, et quibus p. 123. tribuuntur subditi, et mediati, et immediati.

Vno verbo. Potentes in gallia vicecomites hi militis nomine sunt vsi.

OBSERVATIO XXVII.

Modo dixi, quod vox *eques*, *ritter*, non vnius sit significationis. Vulgo enim, vt notum est, denotat equitem gregarium, siue militem ex equo pugnantem. De reliquis significatibus agam in margine.

Alias etiam vox *eques* talem significat, qui e tirone fit eques, pedesque fuit, et equo est donatus. Nam tirones, *die knapen*, ducebant equos, et arma parentum gerebant, quum armigeri plerumque equitum filii essent. Praecincti vero, et equo donati, conscendebant nunc equos, et ex equis cum reliquis pugnabant. Moris enim erat equitum numerum ex tironibus, qui circa equites erant, augere ante pugnam, vel etiam extra hunc casum, vt probe obseruauit Dn. IO. GEORG. WACHTER in *glossario* col. 1299. Sic Raimundus de Turena anno 1245. iussit, vt Raimundus filius suus, faciat milites ad honorem eius et vtilitatem eorum, Hugonem de sancto Aurantio et Petrum de Io, domicellos suos. Vide IVSTELLVM l. c. p. 51.

Postea vox *equitis* indicat vasallum, quem dominum ob vinculum feudale sequi oportet in expeditionem cum equo suo.

Tum eques notat talem, qui solemni ritu eques fuit creatus, et iure calcarium aureorum gaudet. Horum aliqui seruitia praestabant vel bellica, vel castrensia, vel aulica. Aliqui vero equites erant aurati torquatiue, qui clypeo, gladio, cingulo, annulo, torque, calcaribus et similibus signis ac ornamentis a principe eum in finem tantum donati fuerunt, vt his a reliquis distinguerentur. Et tales equites ad exercitum proprie non pertinebant.

Deni-

Denique inueniebantur equites togati, quales erant iurium doctores, dicti equites legum, chevaliers des loix, vel vt in glossa iuris saxonici vocantur, *ritter des friedens*.

Ceterum vox *ritter* a *reiten* descendit, quod in bellum proficisci et militare notat. Inde veniunt vocabula *reiter*, ex equo pugnans; *reitwagen*, currus expeditionalis. *Reite* militiam significat. Vnde ortum est *reitmann*, eques, *reitgesinde*, copiae equestres, *reitleben*, feudum militare, seruitio equestri obnoxium. Vide Dn. IO. GEORG. WACHTERVM l. c. col. 1275.

OBSERVATIO XXVIII.

Militaris generis homines seu milites gregarii, *die von der ritterschaft*, qui equestri dignitate nondum ornati erant, *knechte* audiebant, et vocabulo *edel* se distinguentes, *edelknechte* se nominabant.

Haec autem denominatio varii est significatus. Proprie vox *knecht* notat seruum vel famulum liberi obsequii, nequaquam vero seruum proprie sic dictum. Dein vox *knecht* sumitur pro milite gregario, qui stipendia vel feudum meretur in castris.

Postea vocabulum *knecht* opponitur etiam equiti, innuitque armigerum, qui alterius equitis arma portat, et qui equestrem dignitatem nondum est nactus.

Vtrum vero vox *knecht* etiam militem maiorem, seu ductorem indicet, et talem, qui milites gregarios aleudi et ducendi ius habet, significet; id quidem IO. SCHILTER et IO. GEORG. WACHTER statuerunt. At vero Arnoldus ille, qui vocatur *gut knecht* coelebs adhuc fuisse videtur. Nam illos, qui in coelibatu viuebant, *knechte* solebant appellare. In Hassia hodienum coelibes, pro diuersitate aetatis vocantur *iunge* vel *alte knechte*, seu *herbstknechte*. Idcirco coelibes qui solemnibus nuptiarum intersunt, dicuntur *die brauknechte*.

OBSER-

OBSERVATIO XXIX.

Eo autem casu, quando quis alicui litteris cauit, se seruum eius, *ein knecht*, futurum; tunc crederem, quod hoc denotet obligationem adstrictam et talem, vi cuius dispositio in personam eiusmodi ministerialis pendet a nutu domini, ita quidem, vt ad omnia seruitiorum genera, aut bellica, aut castrensia, aut aulica semper paratus esse, dominus vero ipsi arma, equum et alimenta subministrare debeat. Porro statuerem, quod huiusmodi ministerialis alteri domino, quisquis ille sit, seruitia praestare nequeat, nisi, vt hoc faciat, iubeat dominus.

Hac ratione intelligenda est charta illa, quae inter tabulas clientelares hanoicas p. 451 legitur:

Ich Wigant von Stogheim edelknecht - - bekennen dass ich knecht binn worden und werde mit orkunde dyses bryves des edeln myns gnedigen herren herrn Ulrichs herrn zu Hanauwe und aller siner erben synen oder herrschaft schaden von Hanauwe zu warnen und ir bestes zu werben - - und en sall ich Wigant vorgenannt dy knechtschaft *nyt ufgeben wedder durch liebe oder durch myde oder durch keinerley hande sache willen die man oder wiph erdengken oder finden kunden, und han ich auch doz gelobet mit guten truwen und gesworen - - stede und veste zu halden.* Anno 1368. sexta feria post festum pasce.

OBSERVATIO XXX.

Saeculo XIII. eiusmodi milites, qui equitis honore nondum erant decorati, saepissime nominati leguntur *knaben*, *knapen*.

Proprie enim vox *knabe*, teste WACHTERO loc. cit. col. 852. seruum, famulum, non coacti, sed liberi obsequii notat.

Idcirco *knab* militem gregarium, saepius vero tironem, armigerum indicat.

Quibus rite obseruatis, quiuis nunc excerpta chartarum sequentium ineditarum facile intelliget.

Anno 1392. vocantur: *Henrich von Hunoldshausen* knecht.

Anno 1461. *Hermann Hunt* ritter.

Heymbrand von Elben rittir, *Tyle syn son, Herman von Elben syn vetter* knapen, *seligen hern Tylen von Elben* rittirs, *hern Heymbradis bruders kindere uf einer Frederich von Hertingishusin der alde Frederichs seligen hern Hermans von Hertingishusen* rittirs *son*, knapen - - - *und in disser sachen haben gekobren die egen. von Elben, den strengen hern Bernharde von Talwyg* rittir *ibren swagir unde seligen - - Curde von Elbin* knapen *ibren vettern deme god gnade und die von Hertingishusin Otten Groppen von Gudinberg.* Dat. 1377.

Daz ich Frederich von Hertingishus knape 1352.

Ich Curd von Allenbusin knape *bekenne* - - 1368.

Ernst von Besse Weppener } 1382.
Otto von Holzhusen ritter }

Ich Hartard von Honoldishusen knape. 1415.

Curt von Wichdorff ritter. 1363.

Wernher von Slutynsdorff ritter. 1363.

Wir Gerwig der elter ritter *und Henrich gesettern Gerwig der junger und Hans gebruder* knapen *des egen. Gerwigs sone alle genant von Bischofferade bekennen* - - Dat. 1442.

Wir Friderich von Hertingishausen knape *und Elizabeth sin eliche wertin bekennen* - - Dat. 1371.

Und dys sint gezuge dy gestrengen und wisen lude her Reinhart von Dalwig ritter *und her Conrad Schabedrisch* scriber *des durchleuchtigen Fursten Henriches von Hessen* - - - Dat. 1365.

OBSERVATIO XXXI.

Vox *diener*, quod nomen saepe gerunt vasalli, item vocabulum *dienerschaft*, nexum feudalem indicant.

Ita

Ita enim fcribit Hermannus de Rodenftein anno 1414. *dafs mir der - - Reinhard herr zu Hanauwe 60. achtel korns - - geluhen - - dafs ich darum für mich und minen fone finer erben herrfchaft und nachkommen* diener *worden bin und follen - - ich und mine erben ihre* diener *fine und blieben und die* dienerfchaft *nit uffagen.*

Inde *hofdiener* apud IO. FRID. SCHANNAT p. 357. numero 570. dicitur Vlricus de Hutten *ein hofdiener*, qui accepit falarii loco *das amt Heroltz*, et fimul ad expeditiones militares paratus effe debuit. Gothi fcribebant *thion*, feruus.

OBSERVATIO XXXII.

Vafalli dicti quoque leguntur *reifige*. Haec autem vox defcendit a vocabulo *reifen*, hoc eft, militare, feu proficifci in bellum.

Vocabulum *reifen* inter alia fignificat excurrere in hoftem. Hinc vox *reifiger* notat militem ex equo pugnantem. vide DIETERICVM VON STADE *in der erläuter- und erklärung der teutfchen wörter* p. 499. et IO. LOCCENII *lexicon iuris fueogothici* p. 139.

OBSERVATIO XXXIII.

Vafallos, qui non erant nobilitatis auitae, germani pariter ac galli ad bellum vix et aegre admiferunt. Hinc mulctam illis irrogabant, qui vafallos adfcifcebant tales, et hos, qui maioribus, *ahnen*, deftituebantur, vocabant nouos homines.

In vafallo, quatuor maiores, *ahnen*, requirebant, vt eques effet nomine et armis fimul, vel vt galli id efferebant, gentilhomme de nom et d'armes. Probauit hoc CAROLVS DV FRESNE *differtatione X. ad* IOINVILLAM p. 1380. apud Dn. GVIL. FRID. DE PISTORIVS parte V. *amoenitatum hiftorico-iuridicarum.*

Ideo GVNTHERVS in Ligurino de Friderico I. imperatore fic canit:

Vtque fuis omnem depellere finibus hoftem
Poffet, et armorum patriam virtute tueri,
Quoslibet ex humili vulgo, quod gallia *foedum*
Iudicat, *accingi* gladio concedit *equestri*.

Quod vero alias mulctam iis dixerint, qui plebeios in militum numerum referebant; hoc exemplo Philippi audacis, galliae regis, illuftrabo. Hic enim, quum comes niuernenfis milites creaffet duos filios Philippi de Borbonio, quos tamen nobilitas auita ex parte patris deficeret, partim mulctam petiit a comite, quem dixi, niuernenfi, partim a duobus, quos nominaui, militibus mulctam popofcit mille librarum. Tandem gratiam mulctae eis faciens rex, quadringentis libris fuit contentus. Conf. GABRIEL DANIEL l. c. libro III. capite IV. p 73.

OBSERVATIO XXXIV.

Cui non obftat, quod commemorauerim obferuatione XVIII. p. 22. plebeii generis homines interdum minifteriales fuiffe vocatos. Siquidem fignificatus hic non adeo frequens, fed valde improprius eft. Attamen, ad eruendam et intelligendam veram de minifterialibus ideam, non plane negligendus.

Iam non follicitus ero de quibusdam exemplis, quae p. 69. *analectorum Fuldenfium* adduxi. Sufficiat heic monuiffe, quod apud LVDOVICVM ANTONIVM MVRATORIVM, differtatione vndecima *antiquitatum italicarum medii aeui* p. 637. in fragmento chronicorum de anno CIↃCCX. fiat mentio vafallorum, id eft minifterialium, qui appellantur architectores, lananderii, ambafciatores, fartores, infertorii, clauicularii, portenarii, futrii, gingarii, boliarii, pifcatores, pecorarii, pictores, et curuatores. Comes Mathildis in charta CIↃCXV. apud BENEDICTVM BACCHINIVM in appendice ad *hiftoriam monafterii padolironenfis* p. 104. enumerat vafallos fuos, inter quos occurrunt fabri, caneuarii, brentarii, qui opponuntur capitaneis et vauafforibus. Hi nobiles vafallos defignant. Illi fuere quidem minifteriales ac vafalli, fed ignobi-

ignobiles, nec feuda horum eiusdem speciei erant, ac feuda nobilium. MVRATORIVS, quem dixi, inde concludit, praeter seruitium militare, seruitia alia adhuc fuisse, propter quae etiam feuda tradebantur, et vasalli constituebantur.

Audiamus interea ANONYMVM, de feudis, per patriarcham aquileiensem olim concessis, agentem. Hic vero feuda pistorum, scutellarum, saccigerulorum, tabellariorum, sartorum, murariorum, sternendi lecticas, a sarcinis equorum, carpentariorum, et manganorum recenset. Cunctos hos, quos memoraui ministeriales, feuda tenuisse et ministerialia iugera, testatur ille. Sic pistoris iugera quaedam ministerialia in agro Septimi recenset. Vbi de scutellis sermociuatur; feudum et ministerium scutellarum siue paropsidum id vocat. Postea de saccigerulis agens, feuda, inquit, possidens ministerii saccorum, item, vt sibi, pergit, ministeriale equi a sacco feudum assignaretur. Et sic porro. Euolue MVRATORIVM l. c. p. 650.

Quilibet interim perspicit, quod vox *feudi* et vocabulum *ministerialis* admodum improprio significatu heic sumantur, vel, vt IOSEPHVS BINIVS loquitur, quodlibet, quantumuis minimum feudum, ministerium aut beneficium patriarchae aquileiensis inter feuda connumeretur. Erant enim feuda sartoriae, guidriae, branderiae, arsenatici, walderiae, aliaque eiusmodi mille.

OBSERVATIO XXXV.

Vt denique status personarum feudalium melius cognoscatur, necesse est, vt scias, officia et munera, quibus nunc funguntur plebeiae sortis homines, olim equestris seu militaris generis viros obiisse.

Probaui hoc tam parte VI. p 577. seqq. *der kleinen schriften*, quam in *commentariis de ministerialibus*.

OBSERVATIO XXXVI.

Sic eos, quos nunc officiales vocamus, *beamten*, *amtmänner*, *vögte*, *keller*, *schultheissen*, *unterschultheissen*,

ex classe militaris generis hominum desumtos fuisse, complura docent exempla.

E multis pauca dabo. En chartarum anecdotarum tenorem:

Wir Henrich *von Gots gnaden landgrave zu Hessen bekennen offentlich mit dieser schrift vor uns und unsere erben, das wir Hartman von Loberbach* schultheissen *zu Cassell und seine rechten erben umb seines getrewen dienstes willen so er bis anher uns erzeigt und noch erzeigen soll als leben gut gelühen haben eine wise genandt die Arzelwise bie Harleshausen, Item einen wisenplaz gelegen an der alten wisen bie Herkorschussen mit der wisen bie Rodendittmele gelegen unter dem Rottenberge von uns und unsern nachkommen und erben ewiglich on alle ansprache zu besitzen, Des zu weither orkünde haben wir diesen brieff mit unserm sigill thun becrefftigen im jar tausend drejhundert viertzig und zwej, Sonnabts nach* Remigii confessoris.

Anno 1370. Cassellis munere *eines unterschultheissen* functus legitur *Gumbrecht von Kaufungen.*

Inter tabulas hanoicas occurrunt anno 1500. *Johann von Buches, vogt zu Selgenstad.* Anno 1361. *Berthold von Bybra, feut zu Schildecken.* Anno 1373. *Wernher von Karben, vogt und amtmann zu Wonnecken.*

Ita landgrauiorum Hassiae in ciuitate wezlariensi praefectus vicarius, *der untervogt*, ex ordine equestri constitutus legitur, quod testatur charta sequens inedita:

Vnser freundtlich Dinst zuuor Erbaren guten freunde, Wir seint berichtet worden, Welchermassen vnsers g. F. und hern zu Hessen - - vndervoigt, *bey euch Braun von Coln Jn Got vorscheiden sey, Dieweil nun von wegen seiner f. G. uns gepurt*

gepurt solch Ampt widderumb zu bestellen, Als haben Jn namen seiner f. G. wir vf gnedigs beforderen, unsers gn. jungen furſten, und hern Landgraf Wilhelms -- Herman Schenken, zu Schweinsperg, dasselbig hinfuro zuuorwalten beuolen, Jnmassen er uns an stat f. f. g. mit handgebenden trewen an eines geschwornen eydes stat versprochen und zugesagt, solch Ampt mit trewen besten vleis zuuorsehen, seiner f. G. gerechtigkeit trewlichen zu handthaben, euch auch widder recht und pilliehkeit auch alt herkommen nicht zubeschweren, Demnach so ist an stat hochgedachts vnsers g. F. und hern an euch vnser beger, vor vns freundtlich bittende Jhr wollet gemelten Herman Schencken darfur annemen, ehren, achten, und halten, auch Jn allen pillichen dingen furdersam, gehorsam und gewertig sein, Daran geschicht vngezweifelt vnserm g. F. und hern zugefallen, hinwidder Jn gnaden vnd gutem gegen euch zu erkennen, Vnd seint euch vor vnser person freundlich zudienen geneigt, Dat. Cassell am 19. Februarij. Anno 1500.

Statthalter vnd Rethe zu Cassell.

Ann Burgermeister vnd Rath zu Wetzlar.

OBSERVATIO XXXVII.

De parochis et ſcabinis ex ordine equeſtri lectis, nullum eſt dubium, teſtaturque illud charta haec inedita adhuc:

Nos Gerlacus *ſacerdos* Henricus et Ditmarus fratres de Gliminhan miniſteriales ac Iuttha mater noſtra tenore preſentium recognoſcimus et proteſtatione publica profitemur quod nos vnanimes et concordes manibusque adunatis cum bona voluntate Gertrudis vxoris mei Henrici vendidimus eccleſie in Hegene et fratribus ibidem domino famulantibus vniuerſa bona noſtra in Gliminhan ſita cum omnibus pertinentiis eorumdem videlicet agris pra-

pratis pascuis curtis nemoribus aquarumque decursibus libere et absolute proprietatis iure in perpetuum possidenda. Recognoscimus insuper quod ex proprietate arearum nostrarum in Odolnerode nullum pignus in nemore factum sed coloni nostri in nostro firmi et stabiles permanebunt. Actum in noua ciuitate anno domini M. CCC. XCIII. in die Iohannis Baptiste. Testes huius rei sunt dominus Rudolfus Cruch, dominus Ludewicus Waltuogel milites, Albertus de Tuzilrode, Conradus de Wnswich, Ludewicus Gallus, Conradus de Gliminhan, Conradus de Lerbach, Conradus de Rodehusen, et Otto *scabini* Hartradus de Mumberg et plures alii fide digni.

De scabinis adde obseruationes statim sequentes, scilicet XXXVIII. et XLIII. De parochorum feudis consulas velim obseruationem XLV.

OBSERVATIO XXXVIII.

Consules ciuitatum ex equestri ordine lectos fuisse, satis abunde constat.

Sic Hermannus de Bettenhausen anno 1310. erat consul, *Burgemeister zu Cassel, Conrad von Trambach und Wilhelm von Geirmar, scheffen zu Cassel.* Alia exempla vide in *commentariis de ministerialibus*, adde obseruationem XLII. mox sequentem.

OBSERVATIO XXXIX.

Nunc facile perspicitur, cur tot feuda occurrant, quae vocantur, *vogt-lehen*, *schultheissen-lehen*, *burgemeister-lehen*, *scheffen-lehen*, *pfarr-lehen*, *ambacht-lehen*, *keller-lehen.*

Vocabulum *vogt* varii significatus est, notante Dn. IO. GEORG. WACHTERO in *glossario* col. 1789. sq. Nunc enim praefectum regionis, *land-vogt*, nunc vrbis praefectum, *stadt-vogt*, nunc castri praefectum, *burg-vogt*, nunc praetorem seu iudicem, *zent-vogt*, nunc quaestorem, *amts-vogt*, nunc defensorem ecclesiae, *kirchen-vogt*, indicat.

OBSER-

OBSERVATIO XL.

Feudum praefecti, *vogt-lehen*, notat idem, ac si dixeris, munere praefecti fungi, *einen amtmanns-dienst verwalten.*

Naturam autem eiusmodi *vogt- vnd amt-lehen* exposuit dominus DAV. GE. STRVBE *obseruatione VIII.* p. 267. sqq. Ego quidem existimauerim in dubio sub inuestitura *mit der vogtey oder dem amt* non intelligi iurisdictionem omnimodam, adeoque criminalem non complecti vocem *vogtey*, quia magna cum cautione dabatur ab ipsis imperatoribus germanicis iurisdictio criminalis, obseruante domino CHRISTIANO GOTTL. BVDERO in praefatione ad CHRISTOPHORVM IO. CONR. ENGELBRECHTVM *de seruitutibus iuris publici*. Accedit, quod ordinarium, non vero extraordinarium praesumatur. Iam vero iurisdictio ciuilis compluribus dabatur in feudum, paucis autem iurisdictio criminalis, *der blutbann*. Nam vox *bann* in sensu latissimo omnes poenarum species complectitur, corporalem poenam scilicet, pecuniariam et proscriptionem. De poena capitali autem sumitur, quando vox *blut* adiecta legitur.

Erant tamen etiam ex ordine dynastarum, qui munere *eines vogts* fungebantur. v. g. nassoici Wezlariae praefecti leguntur.

De praefectis, *vögten*, qui et *ambacht-männer* dicti sunt, adeas velim obseruationem XLVI.

OBSERVATIO XLI.

Per feudum sculteti, *schultheissen-lehen*, intelligo munus praetoris, alicui personae equestri concessum.

Licet etiam id munus viri ex superiore nobilitate nonnunquam gesserint, vt marchio brandenburgicus Nordhusae, atque archiepiscopus treuirensis wezlariensis est scultetus. Attamen magis frequens est, vt equestris generis homines id administrauerint. Composita vox est a *schuld* et *heischen*, id est, debitorum aut mulctae exactorem. Vel deriuatur a *schuld* et *hais*, iudex, quasi debiti

 prae-

praefectus, qui non de capite, sed de pecunia iudicat. Potest etiam a *schalten* deduci, quasi vrgere, exigere et regere.

Tale feudum, *schulten-leben* commemorat dominus GEORG. MELCHIOR DE LVDOLF, vol. IV. *obseruationum forensium CCCXXVIII.* vbi: *die helfte des guts Aquick samt dem schulten-hof* feudum a comite Bentheimensi datum legitur. Pariter Valckius in Rochel profitetur, se a praeposita monasteriensi feudi lege, *zu einem rechten schulten-lehen, den amt-hof zu Lahr* cet. possidere, teste eodem tomo I. *symphorematis cameralis* p. 101.

OBSERVATIO XLII.

Vox *burgemeister* denotat praecipuum vel maximum in ciuitate.

Hi ex ordine equestri constituti leguntur. Ita in vrbe Confluentiae in hodiernum vsque diem consul primus ordinis equestris vir esse debet. Quales sunt Elzii, Bassenheimii, Schmidburgii, Kesselstadii, aliique e primoribus nobilitatis rhenanae, quorum catalogum texuit dominus GE. MELCHIOR DE LVDOLF *obseruatione forensi CXIV.* p. 20. sqq. Verba statuti sic sonant: *Wir ordnen - - - dass hinführo zween burgemeister - - - in unser stadt Coblentz seyen - - - einer soll aus dem* bürgerlichen adel *seyn, der andere aus dem schöffen oder bürgerrath.*

Vti vero munus quoduis *ein leben* dicebatur; sic patet etiam, cur officium consulis feudi lege datum legatur.

OBSERVATIO XLIII.

Scabini erant ordinarii assessores iudiciorum tam ciuilium, quam criminalium.

Vocem *schöffen, scheppen, schöppen*, quidam a *scof, scop*, index, deriuant. Ego deducere mallem a *schef*, primarius, vti gallorum *chef* satis testatur. Quidquid sit, hi olim in comitum tribunalibus, postea in praefectorum, vel praetorum, *der schultheissen*, vel consulum iudiciis assessorum munere fungebantur. Horum itaque erat iudicare de omnibus, et horum iudicio stare debebant partes.

Tanti

Tanti momenti munus requirebat homines dignos probosque, prudentes, indigenas, opulentos, vel saltim non egenos, ac denique ante omnia ingenuos et liberos, nullius seruos, vt in *commentariis de ministerialibus* p. 118. ostendi. Quae iam dixi, illa egregie firmat Carolus IV. imperator, vbi Burckardum de Buchecke e ministeriali creat liberum, et ei omnia liberorum iura tribuit; *in allen sachen in gerichte vrtheil zu geben vnd zu sprechen, kempflichen iemand zu fordern - - - leben zu leihen* cet. Vide domini ADAMI FRIDERICI GLAFEY *anecdota*. p. 352.

OBSERVATIO XLIV.

Siluarum praefecti ex militaris generis hominibus sumebantur.

Idem imperator Ioannem Forstmeister de Geilenhusen inuestiuit *mit dem forstmeister-amt zu Geilenhusen*, teste eodem p. 105.

OBSERVATIO XLV.

Feuda parochorum, *pfarr-leben*, saepissime occurrunt, denotantque munus parochi.

Iam in mentem veniunt litterae, quae parte II. *des erläuterten Voigtlands* p. 93. leguntur: *Wir Heinrich Reusse herr zu Plauen - - entbieten euch würdiger und achtbarer Er official - - dass sich hat - - das* lehn *unser lieben frauen - - daselbst uns und unser herrschaft - - rührende zu* lehen *durch den - - probst zu - - gewest letzter besitzer - - verlediget, damit uns solch* lehen *dem würdigen Ern Johann Botene - - lauterlich durch Gottes willen* geliehen *haben* cet.

Tale feudum, *pfarr-leben* in oppido Stolberg occurrit. Vide testamentum Henrici comitis de Stolberg apud IO. ARN. ZEITFVCHS *in der stolbergischen kirchen- und stadt-historie* p. 395. Adde p. 182. vbi de feudo capellae, et p. 190. vbi de feudo vicariae mentio fit.

 Non

Non operae pretium eſt, de litteris parochorum, quas vocant reuerſales, heic agere; ſiquidem ad modum epiſtolae, domino a vaſallo datae, ſcriptae erant.

OBSERVATIO XLVI.

Feudum, quod dicitur *ambacht-leben*, denotat in genere *ein dienſtmann-leben.*

Etenim vox *ambacht* miniſtrum et quemuis liberi obſequii hominem notat. Poſtea ſumta eſt haec vox de feudis palatinis, et dein in ſpecie de tali viro, qui iuri dicundo praeponebatur. Inde voces *amtmann* et *ammann* deſcenderunt. Praeterea vocabulum *ammeiſter* idem notat, quod *ambachtmeiſter.*

OBSERVATIO XLVII.

Illi autem miniſtri, qui quaeſtorum munere fungebantur, in terra praeſertim rhenenſi, vocati ſunt *keller.*

In Haſſia ſuperiore, nec non in Wetterauia, et in prouincia hanouienſi hodienum munus *eines kellers* ſupereſt, quod in iurisdictione ciuili exercenda in vno vel in pluribus villis vel pagis et reditibus principis exigendis occupatur. Dantur vero nonnulli quaeſtores, *keller*, vt Gieſſae, qui iurisdictione omni deſtituuntur.

Quemadmodum cellae reditus in terra rhenenſi maximi erant; ita factum eſt, vt quaeſtores appellarentur *keller*, et quaeſtura *die kellerey.*

Militaris generis homines quaeſturas adminiſtraſſe, iamiam probaui parte VI. *der kleinen ſchriften* p. 383. §. 8. Immo familia Kellerorum de Affenheim ab hoc munere nomen ſortita videtur.

OBSERVATIO XLVIII.

Tametſi vero in relatione, qua ad ſtatum vaſallorum reſpicitur, hi duplicis generis eſſent (obſeruat. XVI.), maiores nimirum et minores (obſeru. XVII.); nullam tamen contradictionem inuoluit, quando nonnulli triplicis generis exſtitiſſe illos docent.

Com-

Commemorat BRVNO *de bello saxonico* p. 133 milites ordinis secundi et tertii oscula pacis dedisse. Ergo et primi ordinis milites fuerunt. Quod vt rite intelligatur, sciendum, quod illi, qui ex statu dynastarum geniti erant, *aus dem herrnstand*, in duos ordines fuerint distincti. Illi enim, qui ducum comitumque munere fungebantur, milites primi ordinis appellati sunt. Qui vero dynastae tantum, siue bannerii erant, ad secundum ordinem relati leguntur. Tertius ordo complectebatur ministeriales siue equestris generis vasallos, *die dienstmannen, den niedern adel.* Facit mecum hoc in argumento GABRIEL DANIEL l. c. libro III. capite IV. p. 83.

Quod vt melius intelligatur, apponam verba litterarum, e quibus iura militum maiorum primi ordinis ac eorum statum diiudicare poteris. Ita vero sonant ista: „vicecomitatum Turenae „--- cum nomine et honore ac dignitate --- nec non cum iuribus patronatus et iure conferendi vicarias, capellas, et hospitalia ac leprosarias, et cum iure disponendi quomodo libet de „eisdem, et cum decimis et fructuum perceptionibus, et cum iure „cognoscendi de portibus et itineribus publicis, et cum ipsis portibus publicis, et iure percipiendi et exigendi pontonagia, pedagia, botagia, dialhas, guidagia, aspergia, leudas, et cum iure „venandi, piscandi, aucupandi, venationes et piscationes et aucupationes huiusmodi prohibendi et permittendi, et cum alta et „media et bassa iustitia, mero et mixto imperio iurisdictioneque „omnimoda et cum iure creandi et destituendi locum tenentem, „eius senescallum, bailiuum seu capitaneum, iudices appellationum „et ordinarios ac delegatos, vigerios, baiulos, castellanos, executores, notarios, scriptores et servientes et alios officiales, tenendique palam et publice assisias, et carceres habendi --- et cum „omnibus feudis, retrofeudis, dominiis, homagiis, fidelitatis iuramentis et recognitionibus, allodiis, vasallis, emphyteotis, colonis et agrilibus et cum sega et sequuta cum armis --- cum aquis, „riuis et fluminibus publicis et priuatis, stagnis, molendinis, pratis, pascuis, nemoribus et forestis, columbariis et garenis, vineis, hortis, terris cultis et incultis, et cum furnis, et iure for-

„ nagiorum --- anno 1350. Vide CHRISTOFLE IVSTEL *preuues de la maison de Turene* p. 103. 104.

OBSERVATIO XLIX.

Quum regnum germanicum esset respublica militaris, vt supra obseruatione XIV. p. 16. docui; pauca nunc de habitu vasallorum, et armis commemorare necessarium duxi. Alias enim denominatio loricatorum, quorum mentionem feci obseruatione XVII. p. 21. vix probe intelligi poterit. Ne dicam de illis feudis, quae feuda scuti, loricae, galeae, vexilli et gladii appellantur. Sic quoque in aprico erit ratio, cur cum gladio et vexillo inuestiti fuerint vasalli. immo alia capita iuris feudalis absque hac tractatione de armatura veterum germanorum vix intelligi poterunt.

Dixi quidem iam hac de re in *analectis fuldensibus* p. 72-86. Verum nunc alias easque curas posteriores cum lectore communicabo.

OBSERVATIO L.

Corpora militum contra vim armorum hostilium tam probe erant munita, vt gladii ictus non facile metuerent.

Testatur hoc GVILIELMVS BRITO:

Equorum viscera rumpunt,
Demissis gladiis, dominorum corpora quando
Non patitur ferro contingi ferrea vestis,
Labuntur vecti lapsis vectoribus, et sic
Vincibiles magis existunt in puluere strati.
Sed nec tunc acies valet illos tangere ferro,
Ni prius armorum careat munimine corpus.
Tot ferri sua membra plicis, tot quisque patenis,
Pectora tot coriis, tot gambesonibus armant.
Sic magis attenti sunt se munire moderni,
Quam fuerint olim veteres.

Hinc

Hinc corpus equitis erat inuiolabile, si frontem galeae excipias. Licet difficile esset lanceae aculeo pungere faciem equitis.

Vulnera itaque aut clauarum vis imponebat, aut ensium percussio generabat. Nam claua vel ense corpora equitum euerberare ac quassare solebant hostes. Accedebat peritia, hostem ope lanceae equo deiicere, quam per torneamenta excolere studebant.

OBSERVATIO LI.

Prima vero armature species erat lorica, fibulis implexa siue thorax squameus, gallis *hauber* dictus, germanis vero *ein pantzer*, hoc est tegumentum ventris.

Inde feudum loricae dictum, et ideo milites saepe vocati sunt loricati.

Sed circa annum CIↃCCCXXX. haec lorica ita displicuisse videtur militibus, vt, loco eius, cataphractam, quam nos *einen harnisch*, galli vero *cuirasse* vel *lame de fer* appellant, adhibere maluerint. Grauior haec erat armatura, tota ex ferro vel chalybe, et totum saepe hominem tegebat.

OBSERVATIO LII.

Secundo huc pertinet gambeso, *das wams* sagulum corpus tegens.

CAR. DV FRESNE id exponit, vestimentum coactile, ex lana confectum. Ego vellem, vt inspiceres sigilla apud G. AL. LOBINEAV dans *l' histoire de Bretagne* n. 83. 84. 94. 150. item num. 39. 45. Gambeso autem vel in forma clathri num. 59. vel in figura squamea p. 311. vel in forma consueta apud CHRISTOPLE IVSTEL dans *les preuves de l' histoire de la maison d Auvergne* p. 140. et *de l' histoire de la maison de Turene* p. 46. conspicitur. Adi quoque GABRIELEM DANIELEM *de la milice françoise* p. 282. qui gambesonem ita describit: gambeson etoit une espece de pourpoint fort long, fait de taffetas ou de cuir, et bourré de laine, ou d' etoupes, ou de crin pour rompre l' effort de la lance, qui bien qu'elle ne penetrat pas la cuirasse, auroit meurtri le corps en enfonçant les mailles de fer dont la cuirasse etoit composée.

Nec

Nec praetereundum erit collare ferreum, gallis dictum *hausse-col*, germanis *ringkragen*, et *halsberga*. Eius formam dedit nobis ANTONIVS MATTHAEVS *de nobilitate* p. 1108.

OBSERVATIO LIII.

Tertio, qui principum dignitate conspicui erant, vel ad classem dynastarum pertinebant; paludamento se adhuc induebant, germanis *ein wappenrock*, gallis vero *cotte d' armes* vocato.

De hac armaturae specie *analectorum hassiacorum* Dn. IO. PHIL. KVCHENBECKERI collectione VII. p. 133. sqq. egi. Conferri quoque hac de re merentur sigilla apud GVIALEXIS LOBINEAV l. c. num. 165. 166. 168. 172. 217. et p. 647. Praesertim vero illud Alberti de Turre de anno 1229. apud CHRISTOFLE IVSTEL dans *les preuves de l'histoire de la maison d' Auvergne* p. 38.

OBSERVATIO LIV.

Quarto commemorandum est ferreum pectorale seu lamina, *das eiserne bruststück*.

Gallis *plastron*, GVILIELMO autem BRITONI patena audit. Sic enim hic canit:

Vtraque per clypeos ad corpora fraxinus ibat,
Gambesumque audax forat, et thoraca trilicem
Disiicit, ardenti nimium prorumpere tandem
Vix obstat ferro fabricata patena,
Qua bene munierat pectus sibi cautus ab hoste.

et alibi:

Tot ferri sua membra plicis totque patenis
Pectora tot coriis tot gambesonibus armant.

Nuda eiusmodi lamina absque gambesone, quod tamen rarum est, comparet in sigillo Wilhelmi de Claramonte apud CHRISTOFLE IVSTEL l. c. p. 144. vbi etiam is gladium non strinxit, sed ensis, vt vagina reconditus gestari solet, e balteo pendet.

OBSER-

OBSERVATIO LV.

Quinto galea occurrit, qua equites capita degebant, et vocatur pileus ferreus vel coriaceus: germanis *helm*, a tegendo, dicitur.

Quam primum praelium esset commissum, aut torneamentum finitum; cassidem milites deponebant.

OBSERVATIO LVI.

Galeae ornatus varius erat, speciosis pelluarum aliarumque figurarum accessionibus insignitus.

Vide, si placet, sigilla apud GVI ALEXIS LOBINEAV l. c. num. 165. 166. 173. 220. 222. 281.

Interdum nuda apparet galea, sine ornamentis, vt in sigillo Ludouici III. germaniae regis apud IO. FRIDER. SCHANNAT in *vindiciis quorundam diplomatum*, tabula VI. et in aliis apud MARQVARDVM HERRGOTT in *genealogia habsburgica* p. 106. nec non in sigillis, quae exhibet CHRISTOFLE IVSTEL dans *les preuves de l'histoire de la maison d'Auvergne* p. 34. sqq.

Equiti soli, rite inaugurato, gestare licebat ornamenta cassidis. At in torneamentis, cuncti militaris generis homines ea ornamenta cassidum adhibebant. Apertis galeis hi vtebantur ante congressum in torneamentis. Eas super scuto legimus positas in torneamentis, quo inspici possent et examinari.

OBSERVATIO LVII.

Adpendebant galeis tegumenta quaedam, germanis *helmdecken* dicta.

Dn. IO. GEORG. CRAMER l. c. p. 370. haec valamina galearum ideo adhibita censet, vt iis praemunirent cassides contra aeris iniurias, easque, si opus esset, contegerent. Probo hanc coniecturam ectypo sigilli apud RAYMVNDVM DVELIVM in *excerptis* tabula XV. n. 185. et e sigillo 51. apud LOBINEAV tomo I. loc. cit. Ego, si, quid sentio, adhibita fuisse coniicerem eiusmodi tegumenta, *helmdecken*, ideo etiam, ne ferri durities capiti molesta esset. Erant vero haec velamina confecta ex texto subsutili.

De galea eiusque ornamentis ipsi heraldicae rei scriptores erunt conulendi, inprimis IO. IAC. SPENER parte I. *operis heraldici* capite VI. p. 305. sqq. Figuras eorum varias et diuersas a se inuicem exhibent GABRIEL DANIEL l. c. p. 283. et LOBINEAV l. c. num. 80. 83. 84. 94. 165. 166. 168. 173. 220. et 222.

Id adhuc commemorandum duxi, quod galeae pars, quae nasum tegebat, *nesbiorg* dicta fuerit. Multae quoque apparent galeae, quae oculos nasum et os non tegunt, quales commonstrant sigilla apud CHRISTOFLE IVSTEL dans *les preuves de l'histoire de la maison d'Auvergne* p. 37. 40. et 144. Alias hic quoque galeas exhibet, quarum pars superior oblonga, alarum vero pars superior similis est pileis nostris, et depressa comparet, vide *preuves de l'histoire de la maison de Turene* p. 50. et 46.

OBSERVATIO LVIII.

Quia, vt dixi, tantum militaris generis hominibus galeas gestare licebat; ideo feuda, *die ritter-leben*, subinde vocata fuerunt *helm-leben*, feuda galeata.

Hinc in laudo, vt appellant, concordiae p. 18. apud Dn. IO. DAVID. KOELERVM in *codicillo diplomatum historiae wolfsteinensi* adnexo, sic legitur: *auch sprechen wir, das allwege der eltste van Wolfstein dy leben dy zu dem helm gehören lyben sall.*

Ideo factum, vt, qui plura possideret feuda, plures adhiberet cassides in insignibus suis, teste CLAVDIO FRANC. MENETRIER dans *l'origine des ornamens et des armoires*, capite I. p. 25.

Pilei ferrei figuram, bonnet de mailles sous le casque, germanis *pickelhaube*, seu tegumentum contra iaculorum ictus, quem sub galea gerebant, exhibet GVI. ALEXIS LOBINEAV l. c. p. 498.

OBSERVATIO LIX.

Sexto scutum venit considerandum, cuius vsus solis nobilibus et militaris generis hominibus olim permissus, qui eam ob causam *schildbürtige*, vel *zu schiltd vnd helm gebohrne* vocabantur.

Variis id coloribus distinguebatur. Quadruplicis potissimum generis et formae erant scuta, quorum icones dedit GABRIEL DANIEL l. c. p. 284. et vocat ea *a)* rondelle toute ronde, *b)* rondelle ovale, *c)* targe, *d)* bouclier de pieton, rotae formam habens, et *e)* bouclier de cavalier, cuius forma erat frequentissima, et cum hodierna, quam in insignibus conspicimus, maxime conueniens, quippe quae torneamentis suam debet originem.

Figura oblonga et ferme quadrata est vetustissima, prout patet ex icone apud GABR. DANIELEM l. c. p. 5.

Rotunda scuta, carolingorum et Ottonum temporibus, regibus placuisse, e figuris, quas IO. FRID. SCHANNAT in *vindiciis quorundam diplomatum* tabula VII. VIII. et IX. exhibet, et Dn. CHRISTIAN.

STIAN. GOTTLIEB SCHWARZ de *archiscutifero* tabula I. p. 25. dedit, patefecit. Interim LVDOVICVS ANT. MVRATORIVS in *antiquitatibus italicis medii aeui* tomo I. p. 560. 790. et 1018. icones refert, quae Carolum et Berengarium scuta oblonga etiam gestasse docent.

Triangularis formae scuta postea fuere vsitata, vt vel constat e sigillorum forma, quam aeri incidi fecit CHRISTOFLE IVSTEL dans *les preuves de l'histoire de la maison de Turene* p. 50 et dans *les preuves de l'histoire de la maison d'Auvergne* p. 34. 37. 40. 44 140. 145. 149. atque e tabula XXI. tomi I MARQVARDI HERRGOTT *genealogiae diplomaticae gentis habsburgicae* et tabula III. cum sequentibus apud RAYMVNDVM DVELIVM in *excerptis genealogico-historicis*.

Alia de scuto legi possunt apud IO. IAC. SPENERVM in *insignium theoria* parte I. capite 3. p. 80. seqq.

Operae interea pretium erit contueri sigilla, quae exhibet GVI. ALEXIS LOBINEAV dans *l'histoir de Bretagne* tomo I. num. 39. 41. 49. et 74.

Scuta incuruata videre poteris apud CHRISTOFLE IVSTEL l. c. p. 138. 139. 143.

OBSERVATIO LX.

Telamonum, *der schildhalter*, rarior vsus in germania erat.

Testem cieo CLAVD. FRANC. MENETRIER dans *la pratique des armoires* capite X. p. 330. Origo eorum a torneamentis repetitur, in quibus dynastarum et principum scuta per famulos seu armigeros suos portabantur, et, vt eo splendidiora comparerent insignia, factum est, vt isti, clypeos scilicet portantes, sub specie animalium comparerent.

OBSERVATIO LXI.

Scutum a clypeo ita nonnunquam distinguebant germani, vt illud equitibus, hic vero peditibus inseruiret.

Praeter collare, *halsberga*, *osberga* et *vsberga* dictum; *bainbergas* seu ocreas ferreas, quas etiam *scancheorg* vocarunt, gallis *greves* vel *armures de jambes*; genualia tegmina, *genouilleres*; gestarunt manicas ferreas, *pantzer-handschuhe*, *blech-handschuhe*, *gantelets* gallis appellatas, quorum armorum figuras, aere expressas, videre poteris apud ANTONIVM MATTHAEVM *de nobilitate* p. 1108.

De calcaribus euoluendus erit IO. NICOLAI libellus *de calcarium vsu et abusu*, et IO. PVRICELLVS in *ambrosianae mediolani basilicae monumentorum descriptione* p. m. 43. Aurea nemo gestare poterat, nisi equitis honore inauguratus; argentea adhibebant armigeri, teste NICOLAO loc. cit. p. 46.

Haec erant potissima militiae equestris arma.

OBSERVATIO LXII.

Id tamen adhuc notandum, quod militaris generis homines, qui equitis dignitatem nondum erant consequuti, saltem in bello conspiciebantur gambesone, pileo ferreo, et lamina ferrea induti.

Equi pariter tegebantur coopertoriis, vt vocantur, ferreis, vel veste e ferreis circulis contexta. Vt plurimum vero caput tantum et pectus equi ambiebat lamina ferrea vel coriacea. Tunc equum dicebant phaleratum, *cheval bardé*, qualis conspicitur in fronte *originum iuris publici Hassiaci*.

Praeterea equi pedes anteriores et posteriores ferre tegebat pannus, quem dorsuale vocant, *eine schabracke*. Forma eius optime conspici potest in sigillis apud LOBINEAV l. c. num. 80. 83. 84. et 38. Vidi tamen sigilla, et in his equos, nuda lamina ferra, absque pannis, tectos, apud CHRISTOFLE IVSTEL l. c. p. 44.

Interdum ferro tegmine muniebant equi caput, quod *chamfrain* appellabant, cuius iconem dedit GABRIEL DANIEL l. c. p. 294. lit. c. et GVI. ALEXIS LOBINAV dans *l'histoire de Bretagne* tomo II. col. 1783. *chanfrain* de fer, ait, pour armer la téte du cheval; plaque de fer battu, dont ont armoit la tête des chevaux dans les combats

Talia equorum munimina, *rüstung*, germani non solum ad conseruandos eos adhibebant, sed etiam eum praesertim in finem adinuenerant, vt saluum praestarent equitem. Nam cadente equo, de vita aut libertate equitis erat actum, qui aut sub equo succumbere, aut hostibus se captiuum dedere debebat.

OBSERVATIO LXIII.

Hactenus de armis defensionis. Iam venio ad offensiua. Primum locum occupant gladius et lancea.

Equidem his etiam vtebantur plebeii, sed tantum vrgente necessitate. Alias his interdictus erat armorum vsus.

GVILIELMVS BRITO sequentes armorum species enumerat:

Nunc

Nunc contus, nunc claua caput, nunc vero bipennis.
Exercebat: sed nec bisacuta, sudesue vel hasta
Otia vel gladius ducit.
Quadrellos hic multiplicat, pluit ille sagittas,
Funda breues fundit lapides, glandesque rotundas.

Lanceam, scutum, II. chordas et XII. sagittas tempore Caroli magni miles ad expeditionem secum ferre debebat, teste STEPHANO BALVZIO tomo I. *capitularium* p. 510.

OBSERVATIO LXIV.

Inter gladii species eminebat spatha, quae praelonga et grauis erat, vt, quum IO. MABILLONIVS statera talem examinasset, grauitatem circiter VI. librarum in ea animaduerterit.

Formam eiusmodi spathae exhibet sigillum apud CHRISTOFLE IVSTEL dans *les preuves de l'histoire de la maison d'Auvergne* p. 149.

Cultellus erat gladii curta species, quam braquemar nominabant. Alius gladius vocatur a conflictu epée de rencontre; alius a pungendo seu a longitudine estocade; alia erat gemini capuli machaera, quae duabus regebatur manibus, espadon vocata, alius acinaces, quem cimeterre, alius denique, quem sabre dicebant. Horum figuras dedit GABR. DANIEL l. c. p. 301.

In germanorum lingua occurrunt vel *ein ballasch*, palast, gladius oblongus et ab vtraque parte acutus, alias *schlacht-schwerd*: vel *ein sabel*, ensis falcatus: vel *ein schwerd*, gladius.

OBSERVATIO LXV.

Gladii tanta erat apud germanos existimatio, vt hodienum eius vsus supersit in ritu inuestiturae feudorum imperii, quae *thron-lehen* vocant.

Ne dicam de saxone, electore, qui caesari gladium praefert in solenni pompa, et eo inuestitur.

Probe iam animaduertit Dn. IO. GEORG WACHTER in *glossario* col. 1493. germanos gladii numen esse veneratos, quum omnis in ferro fiducia esset. Idcirco gladios esse pacis bellique arbitros, iuris et iniuriae vindices censebant. Hinc armis vel armata manu iurabant, quia gladios ritu pagano colebant. Inde venit, vt regna et feuda non nisi gladio conferrentur, ac in hodiernum vsque diem a caesare, oblato ad osculum ensis manubrio

seu globo, feuda imperii maiora tradantur. Ob eandem caussam feuda maiora recte dixeris feuda gladii. Nam regis gladium tangere, idem olim erat, ac iusiurandum fidelitatis et subiectionis praestare.

Gladius inauratus erat militaris dignitatis, seu eius qui equitis honorem nanciscebatur, signum.

OBSERVATIO LXVI.

Lancea, sicut gladius, inter arma, dynastis et equestris ordinis hominibus propria, recte refertur. Eam subinde hastam vocant fraxineam. Erat ferro acutissimo praefixa, et quasi grandis pertica apparebat.

Nonnunquam vexillo, lanceae loco, vsos fuisse gallos et germanos, animaduerti e sigillo apud CHRISTOFLE IUSTEL *dans les preuves de l' histoire de la maison de Turene* p. 50. Gallis etiam *glaive*, germanis vero *glefe* dicebatur. Olim breuis et vibrabilis erat lancea, quia ipsas iaciebant. Lancea proprie iaculum notabat. Ritum vibrandi lanceam exposuit IO. PHIL. CLVVERVS in *germania antiqua* libro I. capite 44. Hasta velitaris a germanis vocabatur *speer*, *spies*. Insequenti tempore longior erat lancea et grauior.

Docent hoc sigilla Godofredi de Dinan, de anno cIↃcxx. apud GVI ALEXIS LOBINEAV tomo I. de *l' histoire de Bretagne* num. 2. Conane IV. ibidem num. 74. et Andreae de Vitré de anno cIↃccxxxix. ibidem num. 150,

Quare factum, vt in torneamentis congressus vno momento fere et vno saltem impetu finiretur. Idcirco abiecta lancea, arreptoque gladio inter se tunc dimicabant.

A *glef*, *glev*, hasta, lancea, sarissa, est *glevener*, *glefener*, lancearius, qui quum esset eques quatuor peditibus stipatus, nouae denominationi ansam decit, vt quinque milites vna glaeua dicerentur, obseruante Dn. IO. GE. WACHTERO l. c. col. 593. Opponuntur sibi inuicem *glefen* et *fusgonder*, et *glefen* et *gewefnete*. Occurrunt etiam *ofgonder glefen*.

Posteriori aeuo hastae dicebantur *picken*, quia punctim feriebant.

Ceterum lanceam vnam quatuor aut quinque milites complexam esse, obseruat DIETERICVS VON STADE *in der erläuter- vnd erklärung der teutschen wörter* p. 509.

OBSERVATIO LXVII.

Arcus siue ballista, *armbrust*, *bogen*, olim bauga, germanis vetustis iam erat cognita.

E ca-

E capitularibus supra hoc iam docui p. 601 et hoc firmauit Dn. IO. GEORG. WACHTER l. c. col. 1193. voce *pfeil.* Telorum missilium siue sagittarum et arcus formam delineauit GABR. DANIEL l. c. p. 305. 306. tomo I.

OBSERVATIO LXVIII.

A sagittariis orta sunt, *die schützen-leben*, qualia in monimentis patriis subinde occurrunt.

Annis 1441. et 1462. hi commemorantur apud IO. FRID. SCHANNAT in *clientela fuldensi beneficiaria* p. 21. et p. 359. Eos pedites pugnauisse tradit IO. SCHILTER tomo III. *thesauri antiquitatum teutonicarum* p. 393. voce *glesen;* id quod etiam docet figura sagittarii apud GABR. DANIELEM l. c. p. 295. tomo I. e saeculo XII. aut XIII. petita.

Inde venit, vt in ciuitatibus remanserint *die schützen*, vt de vltraiectina vrbe ostendit ANTONIVS MATTHAEVS *de nobilitate* libro IV. capite 29. p. 1117. Adde diploma Caroli IV. sagittariis pragensibus datum, apud Dn. AD. FRID. GLAFEY p. 192. *anecdotorum.*

OBSERVATIO LXIX.

Ad arma offensiua itidem pertinet securis, *streitaxt*, gallis *hache*, germanis vero *hatsche* dicta, id est bipennis, siue hasta, lato ferro et ex vtraque parte praeacuto munita.

Inde *hatschier*, *bipennifer*, qualem refert icon apud GVI. ALEXIS DE LOBINEAV dans *l'histoire de Bretagne* tomo I. sigillo 45. ANTONIVM MATTHAEVM *de nobilitate* p. 1108. et GABR. DANIELEM p. 290.

Hunc etiam referenda alia bipennis species *die hellebart* vocata, quae erat hasta in securim desinens, punctim feriens et caesim. Vox ab *helle*, *hille*, pugna, et *bart*, securis composita, vt *hellebart* notet proprie *eine streit-axt.*

Habebant etiam germani hastas, lato ferro praemunitas, *partisanen* vocabant, a *bart*, securis, et *bardicke*, securicula.

Armorum genus erant eiusmodi secures, quibus pugnabant armigeri, vt apparet ex imagine apud ANTONIVM MATTHAEVM l. c. p. 1108.

OBSERVATIO LXX.

Clauarum quoque multus erat et frequens vsus, vt ideo notum sit *das kolbenrecht.*

Nouem

Nouem species eiusmodi tudium lignearum exhibet tabula apud GABR. DANIELEM l. c. p. 315.

OBSERVATIO LXXI.

Varia pariter malleorum genera, *streit-hammer* in promtu habebant milites germani.

De armis et apparatu militari, quatenus ea ad vsum heraldicum pertinent, egit IO. IAC. SPENER l. c. parte I. sectione VI. membro III. p. 294. sqq. et sectione IV. membro II. p. 290. sqq.

OBSERVATIO LXXII.

Coronidis loco monendum duxi, quod alius habitus equestris ordinis virorum fuerit in iudicio duellico.

Sic in ordinatione iudicii duellici norimbergici, *des kampfgerichts des burggrafthums zu Nürnberg*, inter alia legitur:

Zum ersten soll er, der klager, kommen für das land-gericht - - - verwapnet in seinem barnisch - - inn seinen henden ein schwerd oder ander wehr. - - -

Darauf soll erthailt werden, dass er haben möge drey kolben zu dem kampf von holtz, - - - der soll und mag auch haben ein hültzern schild mit spitzen oben und unten eysen von holtz, adern, leim, und leine tuch gemacht, und ein wulle klaid, nemlich rock, hut und hosen an einander mit vinnen genehet, darauf ein creutz von leder, und den hut von leder und leim gemacht, mit wullen tuch überzogen, und fornen unter augen offen, desgleichen soll dem antworter (beklagten) erthailt werden. - - -

OBSERVATIO LXXIII.

Quia vasalli magno et graui onere armorum pressi erant, eximia virum magnitudo et corporis habilitas in eis requirebatur. Ne dicam de molestica deuoranda ob armaturam maxime incommodam et periculi plenam.

Quanda virium firmitas in cruribus Casparis de Nothhaft fuerit, enarrauit Dn. IO. DAV. KOELER in *Pribezlao rege brandenburgico* p. 23. *Nachdem er dann alle, so mit ihm gerennet, herabgestochen, - - ist er mit seinen crönlein-spiess mit gewalt an ein thor geritten, dass ross und mann über einen haufen gangen, damit zu weisen, dass er nit, wie viel von ihm vermeinet,*

etwan

etwan angeschraubt sey, sondern allein so starck und vest zu sitzen gewust. - - -

Commemorandum duxi et illud, quod teste IOAN. ADLZREITERO in *annalibus boicae* gentis inter Christophorum, ducem bauariae lublensem quendam dynastam accidit. Etenim hic vasti et mire robusti corporis homo germanicae nobilitatis certamina et palaestras ridebat, velut puerorum ludicra. Ausus igitur fortissimum germanorum, quisquis ille fuerit, ad singularem conflictum prouocare, et pactus erat mille aureos se soluturum illi, qui victor euaderet. Dux, quem dixi, Christophorus certaminis conditionem accepit. Laetis ea re germanis ad condictam diem proditur in arenam. Compererat Christophorus antagonistam, nonnihil sibi diffidentem, contra leges agonales arte sibi cauisse, ne qua vi posset in terram excuti. Corpus enim subiectis loris ephippio adstrinxerat. Cum primum adfuit Christophorus, vt erat cataphractus, agiliter equo desilit, idemque a lublinio exigit, velut pugnae praeludium, at ille tergiuersari, detrectare desultum, excusare molem corporis, citare leges conditionemque certaminis, risum mouere spectatoribus: Christophorus magis magisque vrgere. Tandem lublinius, cum fraudem diutius sine maiore ignominia non posset tegere, lora iubet praesecari, seque ex equo deponi. Hic effusus omnium cachinnus, hominem subsannantium. Christophorus sat praelusum inquiens, facili saltu, se rursus librat in equum, iubetque lublinensem hoc ipsum imitari. Hic aegre a pluribus in equum repositus, velle nihilo secius delere acceptum dedecus. Signo concurrendi ex lege dato, in hippodromo hastis concurritur, eo maiore vi, quo maius vtrique robur et vincendi cupiditas. Christophorus aduersarij lancea illaesus, et equo fixus excipiens, suam tanta dexteritate in lublinii pectus impingit, vt ille in longum spacium effusus, porrectusque in arenam venis impetu ruptis, sanguinem vomeret. Vitam protraxit duntaxat ad triduum, nactus moram se se ad suprema comparandi, incusandi suam temeritatem, ac quiritandi, sibi cum vi humana maiore certamen fuisse, et Christophoro, ictum fulminandi, vel a superis, vel ab inferis manum roburque suisse commodatum. Christophorus, quo nobilius theatrum, hominum conspectus celebrior et hostis formidabilior, eo gloriosior ex duello saluus rediit, omnibus ordinibus ipso caesare vindicem germanici nominis et iuuentutis principem fausta acclamatione prosequentibus. Profuisset misero lublinio ante nouisse antagonistae vires.

 OBSER-

OBSERVATIO LXXIV.

Maximum diſcrimen inter hodiernam vaſallorum conditionem et inter eos, qui in medio aeuo vixerunt, intercedit. Quanta enim corporis habilitate, quanto corporis robore opus fuerit, et quibus moleſtiis conflictati fuerint veteres miniſteriales; ex hiſtoriarum monimentis ſatis abunde conſtat.

Acta praelii ſembacenſis clare docent vaſallorum moleſtias, et quam multos ardor ſolis enecuerit. Videatur ANONYMVS helueticus apud Dn. HENR. CHRISTIANVM SENCKENBERG. tomo IV. *ſel.* p. 121. Quanto impedimento vaſallis fuerit armatura grauis, ſi praeſertim pedeſtri pugna certandum eſſet equitibus, vti factum in praelio ſempacenſi; facile comprehendi poteſt.

Mihi profecto fidem illi haud denegabunt hac in re, de qua in praecedente obſeruatione mentionem feci, quibus viſum fuerit legere acta praeliorum bouinenſis, creſſiacenſis, et pictauienſis, quae deſcripſit GABRIEL DANIEL dans *l'hiſtoire de la milice françoiſe* libro V. p. 211-225. et aliorum, quorum mentio fit in hiſtoria germanica.

Ceterum mihi heic in mentem venit eius, quod DANIEL EREMITA libro I. capite II. p. 13. *vitae aulicae et ciuilis* commentatur: „Vides eos, quibus inſana oſtentandi ingenii ambitio „quotidianum ſanguinem educit; ſudores ſuos alienae cenſurae do„nant. Quam multos in ſuperuacuis laboribus, quot in alienis, „quot in ſuis operoſa ſedulitas ſeruituti addixit.

OBSERVATIO LXXV.

Vaſalli, vbi dominum comitabantur, vel coram hoc comparebant in actu ſolemni, cum veſte procedebant aulica, quam galli libratam, germani autem *die hof-farbe* nuncupabant.

Librata a voce *liefern* dicta videtur ANTONIO DADINO ALTESERRAE *de ducibus et comitibus galliae prouincialibus*, vbi libro II. capite X. de librata agit. Adde Dn. CHRISTIANI GOTTLIEB BVDERI *ſammlung vngedruckter ſchriften* p. 77. et 520. nec non IO. IOACH. MVLLERVM parte II. capite IV. p. 392. ſqq. *des ſtaats-cabinets*, qui de veſtibus, *die hof-farbe* dictis, breuiter quidem, ſed ſolide egit. Confer etiam IO. FRID. SCHANNAT in *clientela fuldenſi* p. 49 n. 2.

OBSER-

OBSERVATIO LXXVI.

Quae de cataphracta militum germanorum atque horum lancea et gladio huc vsque sum commentatus, et quae de vasallorum qualitatibus et robore dixi; illa egregie illustrat historia Maximiliani primi, huiusque exemplum.

In animum tibi, lector, velim reuoces, quae dixi supra p. 51. obseruatione L. p. 60. obseruatione LXIV. et LXVI. ac p. 66. obseruatione LXXIV. atque conferas rogo, quae de Maximiliani virtute narrat IO. IAC. FVGGER *im spiegel der ehren des ertzhauses Oesterreich* p. 1373. sq. In praelio ad Ratisbonam Maximilianus dimicans, tribula ferrea (vide obseruationem LXX. p. 64.) tam valido ictu percutitur, vt non modo in caput iam ruiturus videretur, sed ipse etiam equus primoribus pedibus laberetur, caesarem effusurus, equorum pedibus proterendum, teste BOHVSLAO BALBINO in *epitome historica rerum bohemicarum* p. 571. Adde, quae dixi p. 59.

OBSERVATIO LXXVII.

Iam de militia, sensim in germania immutata, dispiciendum erit, quo perspicuum sit et constet inter omnes, cur plebeii etiam equestria feuda fuerint consequuti. Scias itaque, quod, praecipue post interregni tempora, etiam ciuici ordinis homines in militiam sint lecti.

Hic iam non repetam, quae de plebeiis, ad feuda admissis, commentantur DE LA ROQVE *du ban et de l'arriere-ban*, et GABR. DANIEL l. c. p. 62. sq.

Sat erit commemorasse, exercitum germanicum tunc temporis constitisse ex equitatu et peditatu.

Equitatus erat vel cataphractus vel leuis armaturae. Ille consistebat tam in dynastis quos supra obseruatione XVII. bannerios nominaui, quam in equitibus et armigeris. Hi cum magno comitatu castra et praelia ingrediebantur.

Ciuici generis homines aut pedites erant, aut equo merebant, leuis armaturae equites appellati. Hi, quemadmodum et pedites, sagittarii et ballistarii erant. Confer obseruationes LXVI. LXVII. et LXVIII.

Aliam constitutionem exercitus introduxit Maximilianus primus, qui copias in legiones, *regimenter*, diuisit. Cuiuis legioni

praefecit tribunum, *einen oberften*. Quamlibet legionem partitus eft in cohortes, *compagnien*. Audiamus SIGISMVNDVM A BIRCKEN *im fpiegel der ehren des ertzhaufes Oefterreich* p. 1373.: *die regimenter theilete er in compagnien, fahnlein oder hauptmannfchaften, diefe in fchwadern, rotten vnd carporalfchaften, vnd ordnete ihnen zu die nachobriften oder obrift-lieutenants, die obriftwachtmeiftere, die hauptleute, nachhauptleute oder capitain-lieutenants, die fähndriche, quartiermeiftere, auditeurs oder feldfchultzen.* ...

OBSERVATIO LXXVIII.

Exercitus veterum germanorum non adeo numerofi erant, quam ingens hodie illorum eft multitudo.

Olim vbique tunc fere paruis exercitibus equeftribus res gerebatur. Dein maior cohortium pedeftrium numerus placuit, qui tamen etiam modicum immo exiguum exercitum conficiebat. Paulo ante Caroli V. imperatoris tempora cohortes in paucos menfes conducere folebant. Nam perpetuos magno numero milites alere nec dum poterant cuiuscunque ordinis principes. Quae res vt libertati populorum valde erat accommodata, ita multa tamen mala fecum trahebat. Dimiffi enim milites ad aliquot millia numero, manebant plerumque coniuncti, vsque dum ab aliis iterum conducerentur, et interim modo his, modo illis incubabant regionibus, miferrimeque in iis rufticos non tantum expilabant, ferro et igne faeuientes in eos, nifi imperata facerent, fed et magnarum vrbium vexabant ciues, qui pedes porta vix efferre audebant, ne caperentur, et immodico dein pretio fe redimere cogerentur. Nec remedium erat in promtu, quum in pace nulli fere principibus aut populis effent milites, qui latrocinantibus illis incendiariis opponi poffent. Vide IACOBI PERIZONII *hiftoriam faeculi fextidecimi* p. 10.

Numerus copiarum ex occiforum numero aliquo modo concipi, et in tantum demonftrari poterit.

Sic in praelio fembacenfi I Ɔ C XXX. et quod excurrit dynaftarum ac equitum ceciderunt, tefte ANONYMO apud Dn. HENR. CHRIST. SENCKENBERG. tomo IV. *felectorum* p. 139.

Si SIGISMVNDO A BIRCKEN *in dem fpiegel der ehren des ertzhaufes Oefterreich* p. 369. fides habenda, auftriacorum caefi funt circiter bis mille.

In prima Caroli IV. imperatoris militia quinque millia peditum interfecta funt, I Ɔ CCC. galeati viri capti. Et tum primum Caro-

Carolus IV. cum cc. equitibus balteo militari praecinctus est. Vide BOHVSL. BALBINVM in *epitome historica rerum bohemicarum* libro III. capite XXI. p. 384. Adde, quae supra obseruatione XVII. p. 35. notaui.

In praelio cressiacensi anno 1346. caesi numerati sunt ac reperti, rex vnus, vndecim principes (AVENTINVS addit IV. episcopus, et XXVIII. comites) octoginta barones, mille ducenti equites, militum reliquorum triginta millia. E FROISSARDO haec consignauit BOHVSLAVS BALBINVS l. c. p. 348.

In bello anno 1331. inter bohemiae regem Ioannem et Ottonem austriae ducem gesto, numerosissimus exercitus, praeter morem, collectus erat. A parte austriacorum erant hungari et poloni auxiliares, qui quinquaginta armatorum millia conficiebant, et ex iis hungarorum tria millia galeatorum, austriacorum vero mille octingenti grauis armaturae, ceterorum austriacorum viginti millia numerabantur. Ioannes rex mille quingentos cataphractos non amplius, leuis armaturae viginti millia in hostem ducebat. Vide BOHVSL. BALBINVM in *epitome historica rerum bohemicarum* libro III. capite XVIII. p. 334.

In praelio inter Rudolphum I. germanorum regem et Ottocarum, bohemum, anno 1278. commisso, hunc cum vita decem et quatuor millia perdidisse auctor est IO. IAC. FVGGER *in dem Spiegel der ehren des ertzhauses Oesterreich* p. 105. In praelio inter Adolphum regem et Albertum austriacum ter mille caesos et sexaginta comites captos idem refert p. 219. In praelio murgartensi inter Leopoldum austriacum et heluetios anno 1315. commisso, mille et quingenti cataphracti austriaci occubuerunt, teste eodem p. 280.

Numerum eorum, qui in pugna ad Seckenheimium caesi et capti sunt, exhibent idem p. 680. et PAVLLVS HACHENBERG in *historia Friderici I. electoris palatini* p. 134. Copias Ludouici ducis, quas anno 1462. coegit, percenset IO. IAC. FVGGER l. c. p. 681.

OBSERVATIO LXXIX.

Miles, quo hodie etiam vtimur, mercenarius saeculo quintodecimo sub Sigismundo inprimis, et Maximiliano I., imperatoribus, suum cepit initium, et vasallos ex castris et expeditionibus exclusos esse hac ratione, constat.

Probaui haec abunde in *commentariis de ministerialibus* Adde nunc quoque Dn. CHRIST. VLRIC. GRVPEN in *obseruationibus histo-*

historicis p. 923. §. 11. IO. BVRCH. MENCKENII tomum I. *scriptorum rerum germanicarum* col. 1571. et CHRISTOPHORI BROWERI *annales treuirenses* ad annum CIↃ CCC LXXXV.

Nec obstant, quae dixi in *commentariis de ministerialibus* p. 495. et parte XI. *der kleinen schriften* p. 551. Ibi enim loquor de militibus, mercede olim in medio aeuo, tempore necessitatis conductis. Aliud vero est tempus, quo introductus fuit miles mercenarius hodiernus, et vbi vasalli non amplius adhibiti leguntur in bello.

OBSERVATIO LXXX.

Quae fuerit ratio copiarum in germania circa annum CIↃ IↃ XIX. alibi latius descripsi.

Vide, quae collectione VIII. *analectorum hassiacorum* p. 249. 263. commentatus sum de statu militiae, quam Philippus magnanimus, hassiae landgrauius, duxit aluitque.

Vberius adhuc de forma militiae saeculi sexti decimi egit ex instituto abbas DV BOS dans *l' histoire de la ligue de Cambray* tomo II. p. 6-23.

OBSERVATIO LXXXI.

Si quis hodie est vasallus, ille idcirco nullo proedriae iure fruitur.

Saepe disputant in foro: an hic vel ille, qui vasallus est, sed ex ordine ciuium aut e plebe natus, et vocatur *ein freysass*, vel, vt in Hassia, *ein neben-contribuent*, primum locum occupare possit, ita vt ludimagister vel cantor ipsi cedere debeat? Sic litem motam eiusmodi noui, vbi vasallus, qui e rustico genere erat, primum locum prae cantore sibi competere affirmabat, quia dominus feudi in litteris, ad ipsum datis, eum compellaret: *lieber getreuer und vasall!* Verum ego censui, quod talis inscriptio nullam praerogatiuam, *einen rang*, alicui tribuat. Siquidem ignobilis per inuestituram feudi equestris nihil nobilitatis consequitur, prout egregie docuit IO. NICOL. HERT *de feudo nobili* sectione IV. § 7. p. 485. Confer etiam, quae mouere LÜDER MENCKEN decade III. *iuris controuersi*, controuersia X. p. 845. et IO. GEORG. CRAMER loc. cit. p. 407. lit. I.

Haec obseruatio inde quoque lucem capit, quum in designatione ordinis, *rang-ordnungen* vocant, vasallorum nulla fit mentio, et locus nullus cernitur.

OBSERVATIO LXXXII.

Olim quidem varias praerogatiuas vasallis competiuisse constat.

Illi enim membra erant conuentuum prouincialium, suumque impertiebant consensum cum reliquis statibus prouincialibus, vbi collectam exigebat princeps: vbi filiae domini dotandae, leges ferendae, bella decernenda, foedera pangenda, bona dominicalia alienanda: vbi lis de successione in territorio erat: vbi controuersiae decidendae: vbi de tutela principis agebatur, et de aliis, quae recensuit Dn. DAV. GEORG. STRVBE, obseruatione IV. et V. p. 158 sqq. Ne dicam de facultate ministerialium adquirendi dignitatem equestrem, de licentia adeundi ludos equestres, de vsu insignium, de iure potiundi feudorum, de priuilegiis eorum in iudiciis parium curiae feudalibus, et quod ipsis commissa fuerint iudicia feudalia, vt supra obseruationibus XXXIV. et sequentibus animaduerti. Vide Dn. IO. GE. CRAMERVM l. c. p. 295. sqq.

OBSERVATIO LXXXIII.

In conuentibus prouincialibus vasalli ex ordine ciuium vel rusticae gentis non admittuntur.

Quia vasalli tales non sunt nobiles, quales feudi possessores olim fuerunt, ideo illis suffragium in conuentu prouinciali denegant equestris generis vasalli. Addunt hi, quod, admissis plebeiis vasallis, oriretur status confusio. Verum IO. OTTO TABOR tomo I. *operum* p. 181. quatuordecim rationes attulit, quibus probare contenderunt vasalli ordinis ciuici, in controuersia sibi mota, quod iure suffragii gaudere debeant in conuentu prouinciali.

OBSERVATIO LXXXIV.

Dum haec scripseram, indubium veni de ministerialibus imperii: an nimirum ea, quae supra de ministerialibus dixi, ad ministeriales imperii ex ordine equestri applicari queant?

Obseruatione XVIII. p. 22. de ministerialibus imperii ex ordine equestri pauca commentatus eram, et obseruatione XXIV. p. 32. de ministerialibus regni e classe dynastarum, *dem hohen adel*, fueram loquutus. Iam quaeritur: vtrum reapse dentur ministeriales imperii minores, *aus dem niedern reichs-adel*? Primo enim obtutu videtur, quod natura horum nequaquam eadem sit, quae erat conditio et status reliquorum ministerialium, *des landsassigen niedern adels*.

Argumento vti quis posset, e diplomate Friderici II. imperatoris, petito, quo anno CIↃCCXXXV. Ottoni puero, brunsuicensi, ducis honorem attribuit. Ibi vero imperator ita loquitur: „ceterum „*ministeriales* suos in *ministeriales imperii* assumentes eidem con-

„cessi-

„cessimus eosdem *ministeriales iuribus* illis vti quibus *imperii mi-„nisteriales* vtuntur.

Diploma passim legitur, seruatque illud, praeter alios, IO. FRIDRICVS PFEFFINGER *vitriarii illustrati* volumine II. p. 199.

Quid autem per iura ministerialium imperii hic intelligitur?

Et respondeo, per ministeriales imperii heic non intelliguntur status imperii, quia alias inde sequeretur, vt ministeriales brunsuicenses nacti sint iura aequalia cum proceribus imperii. Id quod nemo statuet.

Ergo heic occurrunt ministeriales imperii ex ordine equestri.

Qualia vero hi iura habent? et quaenam tribuit caesar ministerialibus brunsuicensibus?

Ego quidem crediderim, quia tam graues simultates cum Henrico leone, huiusque filiis et nepotibus, caesaris familia exercuerat, vt etiam vasallis caesareis cum ministerialibus brunsuicensibus nulla intercesserit consuetudo, et ius connubii nullum fuerit, hanc offensionem obliterare voluisse et deponere imperatorem. Dein notum est, docentque hoc chartae, quas obseruatione XXIII. p. 29. sq. adduxi, quod libertas matrimoniorum ministeralium admodum fuerit limitata, et hi ad cuiusque domini ministeriales ducendas fuerint adstricti. Ergo imperator voluit, vt, amicitiae publicae testandae gratia, brunsuicenses vasalli iure connubiorum nunc gauderent cum vasallis caesareis. Porro imperator brunsuicensibus ministerialibus videtur licentiam concessisse, ius connubiorum per germaniam vniuersam exercendi. Sicut enim ministeriales imperii non adstricti erant ad ministeriales caesareas, sed pro arbitrio in matrimonium petebant filiam ministerialis vel patricii; ita haec licentia data videtur brunsuicensibus ab imperatore, hac forsan lege, vt si vellent alias, quam brunsuicenses ministeriales ducere, hoc ipsis liceret.

Illud, ius nempe ministerialium imperii minorum, colligo e priuilegio Henrici VII. regis, francofurtensibus dato, quod peculiari disputatione illustrauit IO. THOMAS KLVMPF *de priuilegio Henrici VII. francofurtanis ad moenum ciuibus de filiabus libere elocandis olim dato.*

En igitur ius ministerialium imperii, quod Fridericus dedit ministerialibus brunsuicensibus.

Ius autem ministerialium imperii, quod in mente habuisse videtur Fridericus II. imperator in diplomate, supra citato, ita describit ACHILL. AVG. DE LERSNER *in der francfurter chronic* libro I. capite VI. p. 59. *wenn nemlich ein kayser oder könig in eine stadt gekommen, und einer seiner bey sich habenden hof-bedienten eine*

schöne

schöne und reiche tochter ersahe, und solche zur ehe haben wolte, konte er auf diese art, ohne begrüssung der eltern, und weibsperson, sie erlangen. Er begrüssete nur den kayser darum. Da dann der kayser seinen marschall vor der weibsperson wohnung schickte, und also ausruffen lassen:

Höret zu ihr herren überall!
Was gebeut der kayser (könig) und marschall!
Was er gebeut, und das muss seyn!
Hier ruff ich aus N. N. *mit* N. N.
Heut zum leben,
Morgen zur ehen!
Uber ein jahr
Zu einem paar!

OBSERVATIO LXXXV.

Ministeriales imperii minores permutatos esse, legimus, sicut de reliquis ministerialibus id manifestum est.

Quae dixi, probabo diplomate Friderici I. imperatoris anno CIↃCCLVII. scripto, et a FR. ER. BRÜCKMANNO in *epistola itineraria XXXIV.* edito, nec non ab ANT. VLRICO ERATH *in der historischen nachricht von den erbtheilungen des hauses Braunschweig* p. 130. sq.:

„I N. S. et I. T. *Fridericus diuina fauente clementia Romanorum Imperator et semper Augustus. Quanquam rerum commutatio ex ipsa corporali conditione possit firma consistere vt ea que legaliter geruntur nulla valeant refingatione conuelli ne qua tamen possit esse contradendi vel commutandi dubietas nostra debet interuenire imperialis auctoritas. Notum sit ergo omnibus tam futuris quam presentibus Christi Imperiique nostri fidelibus qualiter dilectissimus nepos noster* Henricus *illustris Batie quam habent in Sueuia castrum videlicet* Baden *et centum* ministeriales *et quingentos mansos nobis in proprium contradidit hac videlicet ratione vt nos quedam regni predia ex vicinitate sibi magis competentia proprietatis donatione in eum conferremus. Verum quia Imperatorie Maiestatis est rempublicam* semper augere *et nunquam alicuius rei vel persone gratia vel in aliquo minuere* tam ex consilio quam ex iudicio *prin-*

 „*cipum*

„*cipum Alberto Marchione sententiam promulgante et ceteris Prin-*
„*cipibus collaudantibus quedam allodia nostra que a Comite Radobone*
„*tum per paternam hereditatem nostram tum per pecuniam non par-*
„*uam comparauimus in ius et proprietatem regni legitime contuli-*
„*mus vt aliqua de prediis Imperii in dictum carissimum nepotem no-*
„*strum liccntius transfundere possemus. Ea itaque predia que nos re-*
„*gno contulimus propriis duximus exprimenda vocabulis castrum vi-*
„*delicet* Litznech *cum beneficio Henrici Burggraui et cum omnibus*
„*reditibus sibi pertinentibus castrum* Coliditz *et* THEMONEM mi-
„nisterialem *cum liberis suis et cum omnibus prediis et beneficiis*
„*suis quorum summa XX - - villis consistit munitionem quoque* Lu-
„zeche *et forum cum ceteris redditibus attinentibus curtem* Zolen
„*cum foro et ceteris redditibus ad illum pertinentes montem* Gliz-
„berg *et redditus ad illum pertinentes montem* Gonzege *castrum*
„Moringen *cum redditibus sibi attinentibus. Collatis itaque his pre-*
„*diis regno sicut predictum est ex consilio et iudicio Principum pro*
„*his iure concambii ademimus regno predia hec et dilectissimo nepoti*
„*nostro* Henrico *Duci Bauarie et Saxonie in proprium perpetualiter*
„*tradidimus castrum videlicet* Hirtzesberck *et castrum* Scartfeldt
„*curtem quoque* Polede *cum omnibus pertinentiis suis preter* Wild-
„pan *que in foresto* Hartz *a nobis in beneficio habet* ADELHARDVM
„*quoque de* BVRGDORFF *pro quo superius* THEMONEM DE CO-
„LIDITZ *regno contulimus eidem nepoti nostro cum liberis et* allodio
„*et* beneficio quod a regno habet *tradidimus. Vt autem hec nostra*
„*traditio et commutatio nobis et Imperio nec non iam sepedicto Ne-*
„*poti nostro perenni stabilitate firma semper et inconcussa permaneat*
„*presentem inde paginam conscribi et aurea bulla nostra signari ius-*
„*simus annotato signi nostri caractere et adhibitis idoneis testibus*
„*quorum nomina hec sunt* Wicmannus *Magdeburgensis Archi-Epi-*
„*scopus* Hartwicus *Bremensis Archi-Episcopus* Bruno *Hildesh. Epi-*
„*scopus* Albertus *Marchio* Fredericus *Dux Sueuorum* Detericus *Mar-*
„*chio* Fredericus *Palatinus Comes de Wittelinsbach et frater eius*
„Otto *iunior* Fridericus *Palatinus Comes de Summereschborch Comes*
„Henricus *de Wittin Comes* Otto *de Rabensberg* Florentius *Comes*
„*Hollandie Comes* Bertolfus *de Andesse Comes* Poppo *de Blanckenburg*
„*et filii sui* Cunradus *et* Sigefridus Ludolfus *de Dassele frater*
„*Cancellarii* Marquardus *de Grumbach* Luitardus *de Meinersheim*
„Henricus *de Weda* Luppoldus *de Hertzberch.*

(L. S.) *Signum Domini Friderici Rom. Imp. inuictissimi.*

„*Ego*

„Ego Reinaldus Cancellarius vice Arnoldi Moguntini Archi-
„Episcopi et Archi-Cancellari, recognoui. Datum Goslarie Kl. Ia-
„nuarii Indictione VI. Anno Dominice Incarnationis M C LVII.
„regnante Domino Frederico Romanorum Imperatore gloriosissimo Anno
„regni eius VI. Imperii III.

Habes hic diploma multi pretii et vsus tum in iure feudali, tum in iure publico. Tu hic notare poteris Themonem de Colditz, adque Adelhartum de Burgdorf imperii ministeriales, et quidem ex ordine equestri, fuisse. Hos autem permutatos esse, instrumentum nostrum clare docet.

Mentio quoque in eo recurrit de montibus prope Ienam sitis, videlicet de Glizberga, hodie *gleisberg*, vel *kunitzer-berg*, et Gonzege, hodie *ientzig* dictis. Ex hoc igitur diplomate perspicuum est, quod montes *gleisberg* et *gentzig* ad imperium spectauerint, et terrae fuerint immediatae. Ceterum de Gleisberga euoluere poteris *die nachricht von den grafen von Gleisberg* parte XIX *der deutschen actorum eruditorum* p. 602. 607. et IO. SEB. MÜLLERI *annales des chur-und fürstlichen hauses Sachsen* p. 24. 27. 29.

Sunt quidem, qui volunt, vi in lectione diplomatum circumspiciamus: an persona et familia ministerialis permutetur aut vendatur? an vero iura, quae domini in illos habebant, intuitu praestanti ministerii, tantum sint permutata vel translata? Nec mihi displiceret haec obseruatio, si illi, germanos in documentis hanc distinctionem ob oculos sibi reuera posuisse, etiam demonstrassent.

Nam si vel inspicient diploma fridericianum, quod obseruatione LXXXV. p. 77. sq. adduxi, illudque cum cura examinabunt, et diligenter adhuc ponderabunt illa exempla, quae in *commentariis de ministerialibus* §. CXV - CXX. adduxi; tunc vtique personas ipsas permutatas fuisse animaduertent.

Praeterea, qui docent, vocem ministerialis speciem aliquam hominum propriorum denotare, et hos, ad distinctionem seruorum, *edle knechte* esse vocatos, statuunt, dein tales ministeriales mediae conditionis inter ingenuos et seruos fuisse contendunt, ac ideo hos *ewige dienstleute* dictos fuisse arbitrantur; nae illi, dum caussam nobilium hodiernorum, tam mediatorum, quam immediatorum se agere, sibi persuadent, potius contra nobilitatem pugnant.

Certe ita se gesserunt IOAN. STEPH. BVRGEMEISTER parte II. sectione XXVI. p. 193. sq. *des grafen-und ritter-saals*, eiusquae

 asseclae,

assèclae, qui peculiarem classem ministerialium eiusmodi con tuunt. Verum enim vero, si regulis inductionis, de qua obseruа ne IV. p. 5 egi, haec dimetiaris, tunc falsum esse hoc dogma fa deprehendes. Sane adest exemplorum multitudo, quae vetat, c minus ad exceptionem referas, quae omnino pertinent ad regul. Recte potius dixeris, quod indoles feudorum ligiorum et nat obligationis feudalis, in eruenda conditione ministerialium hui modi, ante omnia sint examinanda, et quod libertatis restrictae que imminutae indicia inde deduci debeant. Hoc saltem ten dum, vt supra obseruatione XX. p. 24. iam monui, quod, pro uersitate prouinciarum, vasallorum siue ministerialium condi fuerit vel libera magis, vel magis adstricta. Errant igitur, per seruos nobiles, *edle knechte*, peculiarem speciem ministe lium constitui aiunt. Nam obseruatione XXVIII. p. 35. in caui aliam notionem, eamque veram vocabulorum *edle kneci*

Vale interea, et, quae de feudorum origine, aliisque iuri feudalis capitibus adhuc commentabor, mox exspecta.

